



XVIII. 4. 400

ca libro L. Justin
Pulcherrim

<http://rcin.org.pl>

EMMANUELIS ALVARI

è SOCIETATE JESU
DE INSTITUTIONE

GRAMMATICA

LIBER SECUNDUS


EDITIO RECENS CORRECTA.



*Cum Licentia Superiorum, & Privilegio Sacrae
Regiae Majestatis.*

V I L N E

Typis Acad. Soc. JESU Anno Domini 1757


COLLEGIUM ROMANUM
SOCIETATIS JESU
Ad LECTOREM.

EGregiam profectio operam literis earumque studiosis navavit Emmanuel Alvarus e Societate JESU Lusitanus: is enim & praecepta Grammaticae jejuna illa per se, literarum vero ignoratione dicam; an negligentia? barbaris ita polluta vocibus, dicendiq; rationibus deformata (nihil ut minus traderent, quam Latinitatem) verbis, quantum res patiebatur, illustrioribus exornavit: & id, quod utilissimum fore videbatur, magnam optimorum exemplorum copia locupletavit. Adde quam plurima ex optimo quoque Scriptore tanquam ex penaria quadam cella eluquentiae deprompta, ac partim ipsa in praecepta Grammaticae, partim in Appendices, partim vero in Commentarios ita distributa: ut quod ad Latini proprietatem sermonis & nitorem facit, nihil prorsus desideretur. Huc accesserat admirabilis Grammaticae ipsius tradendae ratio ac methodus quam ille, aut à recentioribus quibusdam mutuatus erat, aut summo sane cum judicio primus excogitaverat. Verum haec ipsa Methodus, quae per se facilis, & quaedam quasi compendiaris via futura esse videbatur ad omnem Latinitatem, nescio, quo pacto usuvenerit, ut experiendo difficilior, quam ut puerorum ingenia ferre possent, deprehenderetur. Et sane ut id ipsum tribui novitati possit (ingeniis enim puerilibus conducit plurimum trita quaedam quasi cantilena praeceptorum, quam ipsi saepe pueri audiverunt, ac psittacorum more, ipsarum adhuc rerum ignari, decantarunt) ut novitati inquam, tribuatur: non negarem tamen aliquid vidisse Diomedem, Phocam, Donatum, ceterosque, cur maluerint planiorem quandam viam ingredi, quam directiorem, nec tam methodi perfectissimae, quam puerilis ingenii habere rationem. Sed quoquo se modo res habeat, superiorum, ut dicebam, annorum experimento didicimus, puerorum utili-




litati & comodo, dum verba actiua, Passiua, Neutra, Deponentia, impersonalia permiscemus: dum non verborum formas, sed casuum regimen tantum attendimus; dum perfectam & absolutam constructionem transitiuam intransitiuam præponimus; dum, quæ ad nomen pertinent, ante ea, quæ de verbis dicenda sunt, tradimus uniuersa, dum in harum ipsarum uocum transitiui &c. notione religiosius hæremus: dum certis locis communibus omnium comprehendimus, nimio fortasse illis consulendi studio minus esse consultum. Quare operæ pretium nos facturos esse existimauimus, si quæ de Octo partium constructione scripsit Emmanuel, ita nunc primum ederemus; ut eam ipsam veterum dispositionem retineremus, cæterum Emmanuelis ipsius opera atque eruditione frueremur. Habet itaque in hac Emmanuelis editione primum præcepta omnia, quæ quo ad intransitiuam constructionem, quam vulgo concordantias uocant, pueris existimauimus fore perutilia, harum tamen uocum transitiui, & intransitiui, quod ea minus ad rem facere uiderentur, mentione prætermissa: Secundo loco uerba actiua, passiuua, neutra, communia, deponentia, impersonalia & infinita, eodem fere ordine, quo a veteribus erant, ut diximus, distributa. Deinde addidimus, (quod illi ipsi faciunt,) accidentia uerborum Gerundia, Participia, supina. Hæc nominis constructio consequitur, quod eo loco à veteribus de comparatiuis & superlatiuis agatur. Hanc ipsam postremo excipiunt partes aliæ orationis eodem plane ordine, quo hic noster illas antea digesserat. Ex quo fit, ut cum ad infinita accesseris, nihil plane deinde præter impositam nominis constructionem immutetur: in ipsa autem constructione uerborum ordinem quidem veterum recognoscere præcepta uero, exempla, & alia omnia, uel ipsius Emmanuelis præceptis, uel ex ejus commentariis hauriantur. Quibus in Commentariis, quia multa erant cognita, illa quidem pulcherrima, sed quæ in iis, qui circumferuntur libellis, desiderarentur: ideo fecimus, ut pulcherrimis quibusque è Commentario excerptis appendicum numerum auxerimus: illas uero appendices singulis uerborum ordinibus adscripsimus, quæ magis ad rem facere



videbantur, easque ipsas eo consilio in duo genera distri-
 buimus; ut ludi Magistri intelligerent, Tyrones non iis
 esse continuo omnibus onerandos; sed eis cum primum ad
 partium orationis constructionem accesserint, tradenda
 esse nuda tantum præcepta Grammatica, idque usque ad
 communem constructionem verborum: quibus præceptio-
 nibus expeditis, iteranda eadem illa cum facilioribus ap-
 pendicibus; iis tamen addenda de accidentium verbi ac
 nominis: deque cæterarum partium constructione, ad quæ
 percipienda idonei esse videbuntur. Postremo aliis ora-
 tionis partibus adjungenda, si quæ fuerint antea præter-
 missa, ac discipulos, cum jam erunt in præceptis Gramma-
 ticæ confirmati, difficiliore appendices, quas secundi ge-
 neris appellamus, unâ cum iis, quæ ad figuratam constru-
 ctionem pertinent, docendos esse. Ita fiet, ut brevi abun-
 dent præceptis institutisque Grammatica, ac tum deum
 possint ad humanitatem informari. Hæc habuimus, quæ
 se de immutato Emmanuelis ordine, deque Grammatica
 institutione tradenda doceremus. Vale.

In hac autem Romana editione, quæ est 1599.
 data est opera, ut pro eis, qui nostra gymnasia fre-
 quentant, universa Grammatica in tres partes dis-
 secta prodiret, ternæ Grammaticæ classibus accom-
 modata: ut facilius cujusque classis veluti pensum
 ac distinctius appareret: & Magistrorum simul di-
 scipulorumque rationibus consuleretur.



DE OCTO PARTIUM ORATIONIS
 CONSTRUCTIONE
 DE
 CONCORDANTIIS CAPUT I.
 PRO SUPERIORE ORDINE
 INFIMÆ CLASSIS GRAMMATICÆ.
 PRÆCEPTUM I.
 DE NOMINE CUM VERBO.

Verbum Personale finiti modi antecedit Nominativus aperte vel occultè ejusdem numeri & personæ. Cicero Terenti: lib. 14. *Si vales, bene est: ego quidem valeo.*

2. Nam Verbum infiniti modi ante se accusativum habet. Cic. Att: l. 5. *Hunc quidem nimbum citò transisse letor.*

APPENDIX I. Gen: P. Med. Cl.

1. Voces copulatæ sæpè verbum plurale desiderant. Cic. Artic. lib. 12. *Hic nobiscum sunt Nicias & Valerius.* Interdum singulari contentæ sunt. Idem de Senect: *Mens, & Ratio, & consilium, in senibus est.* Nonnunquam omittitur conjunctio. Idem ad Qu. Fr. l. 1. *Frons, oculi, vultus, persæpè mentiuntur.*

2. Verbum plurale nobiliorem personam sequitur: prima nobilior est, quàm secunda & tertiâ; secunda tertiæ anteponitur. Cic: ad Terenti l. 14. *Si tu & Fullia lux nostra valetis: ego, & suavissimus Cicoero, valemus.*

3. Prima & secunda persona serè non explicantur: nisi cum diversas personas simul, aut earum actiones, vel studia significamus. Cic: Phil: 8. *Ego conservare Coloniæ populû Romanû cupio: tu expugnare studeo.*

Aut cum plus significamus, quàm dicimus. Cicero in Verrem lib: 4. *Tu innocentiôr quàm Metellus!* Tu, plus significat, quàm vox ipsa per se sonat.

Verbum infinitum interdum partes nominativi agit. Cicero in Orat: *Opportere perfectionem*

declarat officii. Terent. in Heaut. Non est mensuris meum.

Item verbum cum suo casu. Cic: ad Mar: lib: 7. *Epist. Vacare culpâ, magnum est solatium.*

APPENDIX II. Gen: P, S, Cl,

1. Utuntur interdum Oratores numero singulari, sed rarius. Cic: pro Rofc: *Vos, vos, inquam ipsi, & Senatus frequens restitit.* Pœtæ verbò plurali aliquando utuntur intercedente præpositione cum: Virg: 1. *Æneid: Remo cum fratre Quirinus jura dabant.* Oratores singulari, Cic: ad Qu. Fr. lib. 3. *Demitius cum Messala certus esse videbatur.*

2. Pœtæ etiam intercedente præpositione cum, verbum multitudinis præstantiori personæ reddunt. Virg: 2. *Æn: Divellimur inde Iphitus & Pelias mecum.* Oratores verò verbum nominativo reddunt, nullâ habitâ ratione ablativi. Cic: ad Attic. lib. 3. *Atque utinam tu jam antè vidisses, nec totum animum tuum mœrori mecum dedisses!* Quod idem & Pœtæ faciunt. Horat: in Art: Pœt: *Tu, quid ego & populus mecum desideret, audi.*

3. Verba: Apparet, Fallit, Fugit, Præterit, Latet, interdum locò nominativi membrum orationis habent. Cic: ad Att: l. 1. & 2. *Apparebat, illas literas non illius esse.* Idem accidit nonnunquam verbis passivis, cum more impersonalium usurpantur. Cic: de Amic: *Tarquinius dixisse fertur, &c.* Quamquam usitatius videtur: *Ferunt Tarquinius dixisse.* Aut: *Fertur dixisse Tarquinius.*

PRÆCEPTUM II. pro Sup: Ord: Inf: Cl,

De Adjectiva & Substantivo.

Nomina Adjectiva, Pronomina, & Participia cohærent cum suis substantivis genere, numero, & casu. Cic: in Ver: A&: 6. *Erat hyems summa, tempestas perfrigida, imber maximus.*

APPENDIX I. Gen: pro Med: Cl.

1. Substantiva conjuncta, serè Adjectivum multitudinis requirunt. Liv: Bel: Pun: 4. *Hippocrates & Epicides nati Carthagine, sed oriundi ab Syracusis.* Quodsi adjectivum singularis sit numeri: cum viciniore substantivo genere, numero, & casu consentiet. Q. Cic: de petit. Consul. *Multorum arrogantia, multorum contumacia, multorum superbia, multorum odia ac molestia perferenda est.*

2. Adjectivum plurale præstantius genus sibi vindicat: virile præstantius est muliebri & neutro. Terent. in Eu. *Cum pridem mihi Pater & Mater mortui essent.* Neutrum muliebri præferitur, præcipue cum de rebus inanimatis sermo est. Sal: in Cat: *Divitiæ, decus, gloria, in oculis sita sunt.*

3. Cum substantivis rerum inanimatarum plerumque jungitur neutrum multitudinis. Livius Bel: Maced: 1. 7. *Ira & avaritia imperiò potentiora erant.*

4. Sæpius tamen & elegantius adjectivum cum substantivo, tum singularis, tum pluralis numeri cum viciniore genere, numero, & casu consentiunt. Cic: in Catil: Orat: 4. *Video, Patres conscripti, in me vestram omnium ora atque oculos esse conversos.*

5. Participia: Factus Creditus, Dicitus, Dicendus, Visus, Appellatus, & cætera ejusdem generis,

CAPUT I.

si post duo substantiva diversorum generum ponuntur: coherent cum eo, quod est basis & fundamentum orationis. Plin: lib: 3. c. 5. *Puteoli Colonia Dicaearchia appellati.* Illud autem basis dicitur, quod est principale & præcipuum, & ad quod alterum, tanquam appellatio, affectio, qualitas illius refertur: qualia sunt imprimis propria nomina hominum, animalium, locorum, & his similia.

APPENDIX II. Gen: pro S. Cl.

1. Si de rebus animatis agitur: tutius fuerit circumfusione uti hoc modo: *Lucretia castissima fuit, qui virtute ejus etiam mancipium floruit: Potius quam: Lucretia & ejus mancipium fuerant eosa.*

2. Figurata constructio censenda est, cum apud probatos scriptores e duobus substantivis adjectivum consentit cum minus præcipuo: ut Cic. de Div: lib: 2. *Non enim omnis error stultitia dicenda est.* Livius lib: 2. *Genus universa Veneti appellati.*

3. Poetæ substantivis, præpositione cum copulatis, plurale adjungunt suo jure. Ovid: Met: l. 2. *Sors eadem Ismarios Hebrum cum Strimone siccat.* Ismarios adjectivum est duorum fluviorum. Sequuntur etiam adjectiva generis præstantiam. Ovid: Fast: lib: 3. *Ilia cum Lauso de Numitore sati.*

PRÆCEPTUM III. P. S. O. Inf: Cl.

De Relativo cum Antecedente.

Relativum qui, quæ, quod, concordat cum antecedente in genere & numero. Cic: ad Attic: l. 3. *O te ferreum! qui illis periculis non moveris.*

2. Item pronomina: *Hic, iste, ille, ipse is, & idem,*

idem, cum sunt relativa. Idem ad Attic: lib: 2. Venit obviam tuus puer, is mihi literas abs te reddidit.

APPENDIX I. Generis pro Med: Cl.

1. Relativum qui, quæ quod, quando antecedenti præponitur, cum eodem genere, numero, & casu, perquam venuste coheret. Cic: ad Att: lib. 9. *Quos cum Mario pueros, & Trebatio, miseram, epistolam mihi attulerunt.* Quanquam sæpius alterum relativum subjicitur ex illis pronominiibus: Hic, ist, ille, &c. Cic: Tusc: l. 1. *Quam quisquid uirrit artem, in hac se exerceat.*

2. Quodsi inter duo substantiva ponatur: cum alterutro consentire poterit, etiamsi alterum proprium sit. Sall: Catili: *Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.* Cur: l. 3, *Darius ad eum locum, quem Amanicas Pylas vocant, pervenit.*

3. Quantus, qualis, & cætera id genus nomina, cum relativa sunt, non cum antecedente, sed cum consequente substantivo, genere, numero & casu consentiunt. Cic: ad Cassium lib: 12. *Dixi de te, quæ potui, tantâ contentione, quantum forum est.*

APPENDIX II. Generis pro Sup: Cl.

Nominativus & verbum: adjectivum & substantivum: relativum & antecedens: interdum, maxime apud Historicos & Poetas, sensu & significatione consentiunt: quamvis voce discrepent. Virg: 1. *Æn. Pars in frustra secant* Livius Bel: Macedonum 7, *Pars vescentes sub umbra: quidam somno etiam strati.* Terent: in Andr: *Ubi est ille scelus, qui me perdidit? ille scelus, hoc est: ille sceleratus.*

2. Orationis membrum interdum locò antecedentis ponitur, idque in neutro genere expresso vel subauditò. Cic: ad Att: l. 2. *Pompejus, (quod mihi summo dolori est) ipse se afflixit*, subaudi ac si diceretur: *Pompejus ipse se afflixit, id, quod mihi &c.* Idem pro Corn: *Unum obicitur, natum esse Gadibus, quod nemo negat.*

2. Si plura antecedant substantiva conjunctionibus alligata; idem observandum, quod paulò ante de adjectivis Præc: 2. append: 1. dictum est. Cic: in Offic: lib: 1. *Propter summam & doctoris auctoritatem, & urbis, quorum alter te scientia augere potest, altera exemplis.* Interdum redditur relativum viciniori substantivo. Idem in Pisonem: *Mihi non venerat in mentem, furorem & insaniam optare vobis, in quam incidistis.*

PRÆCEPTUM IV.

De Substantivis continuatis, sive de appositione Substantivorum.

Substantiva continuata, quæ ad eandem rem spectant, casu concordant: quamvis genere & numero dissentiant. Cic: ad Att: lib: 1. *Tulliola, delicia nostræ, tuum munusculum flagitat.* Plin: lib: 1. Epist: *Quid agit Comum tuæ meaque deliciae?*

APPENDIX II. Generis pro Sup: Cl.

1. Interdum alterum substantivum genitivi est casus; etiamsi alterum alio casu offeratur. Cic: l. 5. *Cassius in oppido Antiochie: pro oppido Antiochia.*

2. Quærent hoc loco Grammatici: utri potius substantivo reddendum sit verbum, Adjectivum, & relativum, magisne an minus communi? Ego (quam

tum memini me observasse) existimo, si alterum proprium sit hominis, cum eo verbum cæteraq; consentire. Cic: ad Mar: l. 7. *Delicia verò tæ noster Æsopus hujusmodi fuit: ut ei desinere per omnes liceret.* Si verò de aliis rebus agatur: sapissimè video, verbum, adjectivum, relativumque magis communi respondere. Livius Bel: Maced: 7. *De Solis urbe, quæ in Cilicia est, egerunt.* Soli Solorum, nomen est urbis. Plin lib: 31, *Tungri Civitas Gallia fontem habet insignem.* Liv: l. 2. *Corioli oppidum captum.*

P R Æ C E P T U M V.

De Interrogatione & Responsione.

Interrogatio & responsio casu serè consentiunt. *Cui præceptors dedisti operam? Platoni. Cujus est hæc oratio? Ciceronis. Quem existimas fuisse Principem Oratorum? Demosthenem. Quod morbo fuisti impeditus? assidua febriculâ. Verùm interdum responsio ab interrogacione dissentit; ut: Quanti existis Ciceronem? tribus denariis.*

D E C O N S T R U C T I O N E

V E R B I A C T I V I.

C A P U T I I.

Primus Ordo Activorum.

Omnia verba, quæ activa vocantur, post se secusandi casum postulant. Cicero in Catil: *Avus tuus clarissimus vir amavit unice Patriam, & cives suos.* Cic pro Mil: *Quæsi vos cepit oblivio.* Idem 6. Ver: *Tot domos locupletissimas domus istius una capiet*

Laudo, das, avi, atum, Chwaliçł

Capio, is, cepi, captum, *Stac.*

Commendo, das, davi, atum, *Zalecac/*

Como, is, compsi, comptum *Stroic.*

Fero, fers, tuli, latum, *Niesc.*

Lego, is, legi, lectum, *Czytac/ Zbierac.*

Vitupero, as, avi, atum, *Ganic.*

Adjuvo, Celebro, Diligo, Amo, Scribo.

SCHOLION pro Med: Cl.

1. Huc revocari potest verbum Fastidio, quod tamen sæpè absolute usurpari videtur. Plaut, *Asina. Manè verò quanquam fastidis.*

2. Interdum infinitivo jungitur. Quint: lib: 5. cap: 2. *Idque fieri, quia fastidiunt præstare banc inferioribus curam.*

3. Sæpè tamen accusativo servit. Livius lib: 2. *Quæ primò ceperant fastidere munus vulgatum.* Horat lib. 1. serm: sat: 2. *Omnia fastidis, præter pavonem.*

4 Cicero ablativo utitur. *Rectè factis sæpè fastidiunt.* pro Mil: Quidam legendum putant, *in rectè factis.* Sed fortasse ablativus est communis, sive causæ, sive loci,

5. Rarò deniquè cum genitivo reperitur, nec videtur usurpandum. Plaut: Aul: *Abiit, nequè me certiores fecit; fastidit mei.* Mucil: *fastidimus huncrum.*

Secundus Ordo Activorum: Genitivus præter Accusativum.

Verba accusandi, absolvendi, atque damnandi, serè præter Accusativum, Genitivum admittunt, *Et certum, sive incertum crimen pœnamvé significet.*

ficet. Ter: in Eund: *Hic furti se alligat.* Cic: pro Rab: *Quales viros mortuos summi sceleris arguas?* Ibid: *Civem Romanum capitis condemnari cōegit.* Subaudiri enim sub his genitivis videtur ablativus aliquis, qui significet causam, ut *crimine, pœna, nomine, &c.* Ideo etiam hæc ipsa nomina: *Crimen, pœna, supplicium, & horum similia,* fere ablati. ò sine præpositione effertur. Cic: ad Curion lib: 2. *Cenaenabo eadem ego te crimine.*

Absolvo, vis, vi, lutum, *Wolnym czynić.*

Accuso, sas, avi, atum, *Oskarzyć.*

Arguo, is, ui, utum, *Strosować.*

Damno, as, avi, atum, *Ńdawać na co.*

Insimulo, as, avi, atum, *Obwinic.*

Arcesso, Coarguo, Condemno, Convinco, Redarguo.

APPENDIX pro Med: Cl.

1. Genitivus criminis, maxime cum his verbis: *Accuso, Arguo, Defero, Postulo, Absolvo, Damno, Condemno,* in ablativum cum præpositione de mutari potest. Cic: ad Attic: l. 1. *Non committam posthac, ut me accusare de epistolarum negligentia possis.*

2. Dicimus etiam, capite aliquem damnare, punire, plectere. Cic: ad Heren: l. 4. *Eum vos jurati capite damnastis.*

3. Absolvo, Libero, Alligo, Adstringo, Mulcto, Obligo, Obstringo, quemadmodum suapte naturâ ablativum petunt; ita & ablativum significantem pœnam, crimineve, sine præpositione admittunt. Livius l. 1. *Ego me etsi peccato absolvo, supplicio*
non

non libero. Cic de Orat: l. 1. *Vitia hominum atque fraudes, damnis, ignominis, vinculis, verberibus, exiliis, morte mulentur.*

4. Non temerè uti debemus omnibùs verbis accusandi, &c. Neque enim corripio, reprehendo, vituperò, culpo, castigo, excuso, passim cum genitivo criminis pœnævè junguntur. Vituperare, reprehendere alicujus parsimoniam, ambitionem, &c. dicam potius, quàm aliquem parsimoniæ, ambitionis, &c. Cic: ad Att: lib: 15. *Varroni, memineris excusare tarditatem literarum mearum.* Idem pro Pla. *Nunc discessum meum quasi reprehendere, & sabaccensare voluisti.* Idem pro Mur: *Ego tuam consilium, Cato, vituperare non audeo.* Idem 1. de Orat: *Et quoniam de impudentia dixi castigamus etiam segnitatem hominum atque inertiam.*

Verba hæc accusandi, &c. interdum præpositionem in admittunt. Cic: de Inv: l. 2. *Quare vitam ejus, quam arguit, ex antefactis accusator improbare debuit, & ostendere, si quo in parte peccato convictus sit.* Idem ad Qu. Fr. *Primum me tibi excuso in eo ipso, in quo te excuso.*

ETiam verba emendi, vendendi, locandi, præter accusativum, hos duntaxat genitivos assumunt: *Tanti, quanti, pluris, minoris,* & ex his composita: *Tantidem, quanticunquè.* Tamen pretium ablativò effertur, de quo dicturi sumus, cum de communi constructione agemus cap. 9. Cic: Offic: lib: 3. *Emit homo cupidus tanti, quanti Pythius voluit.* Ibidem: *Vendo meum non plaris, quàm ceteri, forte, etiam minoris.*

Con-

Conduco, cis, xi, ctum, Najoc u kogo

Emo, emis, emi, emptum. Kupowac.

Loco, cas, cavi, catum, Najoc komu.

Redimo, imis, emi, emptum, Odkupowac.

Vendo, dis, didi, ditum, Przedawac.

Verba aestimandi, praeter hos genitivos: Tanti, &c. illos etiam habent: Magni, parvi, plurimi, maximi, minimi. Cic: Epist: lib: 3. *Quanti Pompejum, quem unum facio (ut debeo) plurimi, quanti Brutum facerem?* Idem 6. Phil: *Habetur hic pluris, quam alius* Idem ad Att: 1.8. *Facio pluris omnium hominum venunem.* Idem 2. de fin: *Magni aestiment pecuniam.* Ibid: *Sed quia id parvi duceret.* Ibidem ad Lent: 1. 1. *Putavi aliquid minimi.* Idem pro Planc: *Magni putare bonores.* Ter: in Haut. *Tu illum nusquam ostendisti, quanti penderes.* Item in Andr: *Merito te semper maximi feci, Cbreme.*

Aestimo, as, avi, atum,

Duco, cis, xi, ctum,

Facio, cis, feci, factum,

Pendo, dis, pendi, pensum,

Habeo, es, ui itum,

Puto, as, avi, atum,

Szacowac

Rozus

miec.

APPENDIX I. Generis pro Med: Cl.

1. Dicimus etiam: magno, permagno, parvo aestimare, vendere. Cic in Ver: 1. 1. *Tu ista permagno aestimas?* Idem de fin: 1. 2. *Magno aestimabas pecuniam.* Intelligitur enim Substantivum (pretio) quod interdum additur. Valer: Max: 1. 5. *Magno ubique pretio virtus aestimatur.*

2. Nauci, flocci, pili, assis, teruntii, nihili cum verbo facio junguntur. Cic: 2. de fin: *Eum nihili facit.* Dicimus etiam, *pro nihilo habeo, puto, duco divitias omnes pro virtute. Pro nihilo bonam valetudinem aestimo.*

3. Sum pro aestimor, eosdem illos genitivos admittit. Cic ad Cassi. *Magni mihi erunt tuae literae.* Idem pro Sexti: *Quis Carthaginensium pluris fuit Annibale, consilio, virtute, rebus gestis?*

Æqui bonique, vel æqui boni facio, boni consulo, singularia sunt. Ter: in Heaut: *Equidem istua, Cbreme, æqui boni facio.* Cic: 7. Att: *Tranquillissimus autem animus meus, qui votum istud æqui boni facit.* Seneca Ep: 127. *Hanc coqui ac pistoris meram boni consulo.*

Hæc item verba: *Admoneo, commoneo, commonefacio,* genitivum habent cum accusativo. Liv: Bel: Maced: l. 5. *Qui admoneret eum foederis Romani.* Eadem tamen pro genitivo possunt ablativum cum præpositione de admittere. Cic: pro lege Manil. *De quo vos paulò ante invitus admonuit.* Idem in Ver l. 4. *Te neque præsens filius de liberorum caritate, neque absens Pater de indulgentia patriæ commonebat.*

Admoneo, nes, nui, nitum.

Commoneo, nes, nui, nitum, Opeminae.

Commonefacio, cis, feci, factum.

Tertius ordo Activorum. Dativus cum Accusativo.

Quædam verba activa, præter Accusativum Dativum exigunt: ea fere sunt: Dandi reddendi,

committendi, promittendi, declarandi, antepoſnendi,
poſponendi. Cic: pro Planc: *Salutem tibi idem
dare poterunt, qui mihi reddiderunt.*

Dandi.

Do, das, dedi, datum, *Dać.*

Tribuo, is, bui, butum,

Concedo, dis, ceſſi, ceſſum, *Pozwalać.*

Commodo, Dado, Miſtro, Præbeo, Suppedito.

Reddendi.

Reddo, dis, didi, ditum, *Oddać.*

Reſero, ſers, tuli, latum, *Odnoſić.*

Rependo, Reſtituo, repono.

Committendi.

Mando, das, avi, atum, *Zoſtawiać.*

Trado, dis, didi, ditum, *Wydać.*

Credo, Committo, Commendo, Prodo.

Promittendi.

Promitto, tis, miſi, miſſum, *Obiecać.*

Spondeo, des, ſponondi, ſponſum, *Ślubować.*

Declarandi.

Explico, cas, cavi, cui, atum, itum, *Wykładać.*

Significo, cas, avi, atum, *Wyſnawmiać.*

Aperio, Dico, Expono, Indico, Nerro, Oſtendo.

Antepoſnendi,

Anteſero, ſers, tuli, latum, *Wiſcey ważyć.*

Præſero, ſers, tuli latum, *Przenaſiać.*

Antepono, Præpono.

Poſpono, nis, ſui, ſitum, *Letce ważyć.*

Polthabeo, hes, bui, bitum.

APPENDIX pro Med: Cl.

1. Alia verba ſunt hujus tertii ordinis: ut: Fa-

cio tibi injuriam: Facio tibi fidem: Ago vobis maximas gratias: Interdixisti nobis usum purpuræ: Mitto tibi & ad te literas. Var: Cic: l. 5. *Omnia mihi dura imperas.* Sulp: ad eund: l. 5. *Quæ aliis tute præcipere soles, ea tute tibi subijce.* Cic: ad Att: l. 3. *Tu quod ipse tibi suaseris, idem mihi per suasum putabo.*

2. Multa denique composita ex ætivistis, & præpositione *Ad, In, Ob, Præ, Sub*, præter Dativum, etiam accusandi casum postulant. Cic: ad Att: lib: 2. *Inimici mei mea mihi, non me ipsum ademerunt.* Ejusmodi sunt: Affero, Admoneo, Appono, Adjungo, Addo, Addico, Applico, Admisceo, Adjicio, &c. Infero, Infigo, Importo, Injungo, Injicio, Indo, Ingero, Incutio, Infero, Inuro, &c. Oppono, Offundo, Offero, Præcludo, Præcipio, Præscribo, Præfinio, Præparo, Subduco, Subscribo, Subjungo, Suppono, Suggero, &c.

3. Habeo tibi fidem, (id est credo,) usitatissimum elegantissimumque est: Adhibeo tibi fidem (in eadem re) vix latinum est. Præsto tibi fidem, tum dicimus, cum servare fidem intelligimus. Liv: lib: 5. Bel: Pun: *Gens fallax promissis fidem præstitit.*

4. Sunt, quibus geminus Dativus præter Accusativum apponitur: Do tibi hoc laudi, vitio, culpæ, crimini, pignori, sænori. Verbis id mihi vitio, stultitiæ: id tibi ducis honori, gloriæ, laudi, vitio, damno. Cic: pro Sext: Rosc: *Profectò te intelliges, inopiã criminum summam laudem Sexto Roscio vitio & culpæ dedisse:* Terent in

Adelph:

Adelph: *Tu nunc tibi id laudi ducis, quod tum fecisti inopia.*

5. Verbum Mutuo, non est hujus loci: nequè enim dicimus, Mutuavi tibi pecunias, mutuasti mihi centum nummos: Sed dedi tibi pecunias mutuas; dedisti mihi mutuos centum nummos. Cic: Att: l. 2. *Cui magnam dedimus pecuniam mutuam.* Terent: Heaut: *Huis drachmarum argenti mille dederunt mutuam.*

Dicimus autem ferè - dare mutuam de pecunia, aliisque rebus, quæ non restituantur eadem, sed ejusdem generis: nam de cæteris commodare usitatum est; quod etiam interdum de pecunia dicitur. Plaut. Asin: *Viginti argenti minus commodare dixit.* Et Cic: pro Cæl: *Mulier, quæ se aurum Cælio commodasse dicit.*

6. Jubeo, cum imperare, aut velle significat, ferè jungitur infinito. Cic: pro Dejot: *Jubeo te bene sperare.* Vel infinitum intelligitur. Plaut in Aul. *Aut si respexeris, donec ego te jussero,* intelligitur. *respicere* Alioqui casum personæ non habet, sed rei. Cic: de leg: l. 1. *Lex est ratio summa inserta in natura; quæ jubet ea, quæ facienda sunt, prohibetque contraria.*

7. Jubeo cum dativo, & particula ne reperitur. Cæs: de Bel: Civil: l. 3. *Militibus suis jussit, ne qui eorum violarentur.*

8. Cum autem decernere, statuere, creare significat: non solum accusativum rei, sed etiam personæ admittit. Cic pro Corn: *Populus Romanus legem jussit de civitate tribuenda.* Idem in Ant:

Cum primum Cæsar ostendisset, Dolabellam consullem esse jussurum, (id est) creaturum.

SCHOLION pro Med: Cl:

1. Quod de verbo Jubeo dictum est, (num. 6.) idem dicendum de verbis: Veto, prohibeo. Cic: 3. de Orat: *Lex peregrinum vetat in murum ascendere.* Idem de amic: *Acta agimus, quod vetamur veteri proverbio.* Cæsar lib: 7. bel: Gal: *Cum leges, duos ex una familia, vivo utroque; non solum Magistratus creari vetarent, sed in Senatu esse probiberent.* Terent in Heaut: *Ea probibet facere tua presentia.* Cic: 7. Verr: *Probibentur adire ad filios suos.*

2. Prohibeo tamen sæpè accusativum recipit cum ablativo, tum sine præpositione, tum cum præpositione Cic: Att. l. 4. *Qui erant mecum, facile operas aditu probibuerunt.* Cæs: l. de bel: civili. *Hos omnes productos, à contumeliis militum convitiisque probibet.*

Quartus Ordo Activorum, geminus Accusativus post verbum. Pro S. O. Inf: Cl.

Quardam verba activa post se duos accusandi casus admittunt. Cic: l. 7. Ep: 21. *Silii causam te docui.* Idem pro dom: *Nam à te ipso instituta me frumentum flagitabant.*

Doceo, ces, cui, Etum, Dczyc.

Cum compositis, Edoceo, Dedoceo, Perdoceo, &c. Celo, las, lavi, latum, Taić.

Flagito, tas avi, atum, Dsilnie jodac.

Interrogo, gas, gavi, gatum, Pyrac.

Moneo, nes, nui, nitum, Napominac.

Posco,

Posco, scis, poposci, ꝓꝓosci

Rogo, gas, gavi, gatum, ꝓꝓosici

APPENDIX I. Generis ꝓꝓ Med: Cl:

1. Dicimus etiam Moneo, Admoneo, Commoneo, Doceo, Edoceo, Erudio te de hac re, id est, Commonefacio, certiozem facio. Cic. Att: lib 1. *Extremum est, ut te orem, cum Camillo communices, ut Terentiam moneatis de testamento* Idem de Orat: 1. 2. *Ut de sua quisque re me ipse doceat.*

Interrogo, Celo, eandem præpositionem admittunt. Cic: Treb: 1. 7. *Bassus noster me de hoc libro celavit.* Idem in Part: *Si ego te vicissim iisdem de rebus interrogem.*

3 Verbo Commoneo non aufim geminum accusativum dare, sed accusativum cum genitivo, vel ablativo: ut supra dictum est.

4. Erudio, instituo, instruo, imbuo, etsi sunt verba docendi, non tamen geminum accusativum habent, sed ablativum cum accusativo. Cic: Lent: 1. 2. *Lentulum nostrum, cum ceteris artibus, (quibus studuisti semper ipse) tum imprimis imitatione tui, fac erudias.* Idem ꝓꝓ Dejotaro. *Quibus ille studiis ab ineunte ætate se imbuerat.*

5. Flagita quoque, Peto, Posco, Rogo, & alia ejusdem generis, sæpe ad conjunctivum pertinent. Cic: Phil: *Ut primum liberè Senatus haberi potuit, semper flagitavi, ut convocaremur.*

APPENDIX II. Generis ꝓꝓ Sup: Cl:

1. Peto cum duobus accusativis nondum (quod meminerim) apud veteres inveni: nam quod Plin: 1. 3. *Petere jura Cordubam* dixit, figuratum est:

ut etiam, *Petere Indos*, pro *ab Indis*, l. 12. cap: 7.

2. Erudio apud Pœtas duos accusativos admittit. Stat: Theb: 12. *Et qua te leges, præceptaque fortia belli, eruditrix, nimium didicisse queretur.* Sic Ovidius aliquoties.

3. Præci dicebant: *Exigo pecunias, portorium.* Quare videntur etiam dixisse: *Exigo te pecuniam. portorium:* quæ sæculum eruditius rejecit. Vide A. Gellium l. 15. cap: 14.

Quintus Ordo Activorum, ablativus præter accusativum P. S. O. Inf: Cl:

Quædam verba activa ablativum præter accusativum sibi adsciscunt; ea serè sunt: Vestendi, implendi, onerandi, liberandi, & his contraria, multa præterea privandi. Cic: de Nat: Deor: l. 2. *Oculos natura membrans tenuissimis vestivit & sepsit.* Ibidem l. 3. *Diligentiùs urbem religione, quam ipsis mœnibus cingitis.*

Vestendi, & contraria.

Vestio, stis, ivi, itum, Odziemac.

Induo, uis, ui, utum, Wdziewac.

Amicio, Calceo, Cingo, Orno, Tego.

Exuo, is, ui, utum, Zzuc.

Nudo, das, avi, atum, Obnazyc.

Spolio, as, avi, atum, Stupic.

Implendi, & contraria.

Compleo, es, evi, etum, Spelnic.

Impleo, es, evi, etum, Napelnic.

Cum cæteris compositis, Expleo, Repleo, &c.

Cumulo, Refertio, Partio, Satio, Saturio,

Onerandi, & contraria.

Exonero, as, avi, atum, Cieżar 3tożyc.

Levo, as, avi, atum, Dłżyc.

Onero, as, avi, atum, Obciożac

Liberandi, & contraria.

Opprimo, is, essi, eſſum, 3artumic.

Expedio, dis, ivi, itum, Wyprawic.

Solvo, vis, vi, ſolutum, Rozwiōzac.

Afficio, alligo, adstringo, impedio, impleo, obligo.

Cic: pro Mil: Milo p. pulū Rom: maximā letitiā affecti. Privandi.

Fraudo, as, avi, atum, 3dradzac.

Prohibeo, es, bui, bitum, Bronic.

Addico, evertō, orbo. Cic in Ver: l. 3. *Ne per summan injuriam, pupilum Junium fortunis patris conetur evertere.*

SCHOLION pro Med: Cl.

1. Solvo (cūm de pecunia ſermo eſt) præter ac-
cuſativum ſignificantem pretium, ablativum rei
poſtulat cum præpoſitione *pro*. Cic: 5. Ver: *Pro
frumento nihil ſolvit omnino*. Cæſ: l. 11. de
bel: civili. *Militibus, equā factā æſtimatione, pe-
cuniam pro bis rebus ſolvit*. Sæpe alteruter caſus
deſideratur. Cic: ad Att: l. 1. *Misimus, qui pro ve-
tūra ſolveret*. Idem pro Fl. *Is pecuniam præ-
ſentem, non debitam mulieri ſolvit*.

APPENDIX pro Med: Cl.

1. Impleo etiam genitivum admittit. Cic: l. 9.
Ep. 8. *Ollam denariorum implere*. Sed ablativus
uſitatior eſt.

2. Dono, impertio, aſpergo, augeo, dativum vel
ablativum ſine præpoſitione habent. Ctc. pro

Sex. Rosc. Non pauca suis adiutoribus largè effusèquè donabat. Idem pro Corn: Eum Pompejus civitate donavit. Cic: pro Cluen: Guttam aspergit huic Bulbo. Idem pro Planc: Hunc tu vitæ splendorem maculis aspergis istis? Adelp: Sed cessò veram bõs malo impertire properè Cic: de fin: lib: 5. Ut aliquid suorum studiorum Philoſophiæ quoquè impertiat. Idem 4. Ver: Verumtamen dolorem suum nemini impertiebat.

APPENDIX II. Generis pro Sup: Cl.

Compleo apud Plautum cum genitivo reperitur in Menech. Parasitus, qui me complevit flagitiis & formidinis. Sed non videtur facile usurpandum

2. Verba vestiendi nondum, (meminerim,) legi apud veteres cum duobus accusativis juncta voce activâ; passivâ quidem apud Historicos & Poetas cum accusativo rei reperiuntur. Curt: l. 10. Itaque revocatus, vestem Patris eam ipsam, quæ in sella erat, induitur. Virg: Æneidos: 2. Deinde comantem Androgei galeam clypeiquè insigne decorum induitur. Verùm Cicero verbis induo & exuo, voce activa, unum accusativum tribuit. Cic: ad Att: lib: 14. Quare talaris induamus. Idem pro Lig: Nonne omnem humanitatem exuisses? Voce autem passiva ablativum. Att: lib: 1. Vir indutus muliebri vestitu. Tus: lib: 1. Mens exuta vitis. Aliquando etiam dativus additur. De fin: lib: 2. Ex eius spoliis sibi & torquem, & cognomen induit. Ovid: met: lib: 2. Jam dudum vincula pugnat, exuere ipse sibi: qui fortasse dativus est communis.

Sextus

Sextus Ordo Aetivorum, ablativus cum praepositione à vel ab praeter accusativum

P. S. O. Inf: CI.

Quaedam verba aetiva, praeter accusativum, ablativum cum praepositione à vel ab postulant: ea fere sunt: Petendi, percontandi, auferendi, removendi, abstinendi, accipiendi. Cic:fin:lib: 4. *Quid aetia vita, quid studia tua à te flagitent, videbis.* De Orat: lib: 2. *Quò facilius id à te exigam, quod peto: nihil tibi à me postulanti recusabo.*

Petendi, & contraria.

Peto, tis, tivi, ritum, Prosić.

Reposco, icis, repoposci, Odyskivać.

Contendo, Exigo, Flagito, Postulo, Quero:

Auferendi.

Abduco, cis, xi, etum, Odwodzić.

Aufero, fers, abstuli ablatum, Oddierać.

Abripio, Abstrabo, Avello, Auoco.

Removendi.

Absterreo, es, errui, erritum, Odstrasić.

Deterreo, es, errui, erritum, Strasić.

Removeo, es, vi, motum, Odprzotać.

Amoveo, Arceo, Avertio, Repella.

Coercendi.

Cohibeo, bes, hui, bitum, Powsciogać.

Contineo, nes, nui, tentum, Wstrzymywać.

Accipiendi.

Accipio, pis, cepi, ceptum, Brać.

Audio, dis, divi, ditum, Slysć.

Colligo, Conduco, Emo, Fero, Reporto, Sumo.

APPENDIX I. Gen: pro Med: Cl.

Intelligendi verba, ut: *Intelligo, cognosco, agnosco, conjicio, disco, præpositionem ex recipiunt.* Cic: Cælio. *Ea certissima putabo, quæ ex te cognovero.* Quæ interdum imitantur alia. Vatin: Cic: Epist: famil: l. 5. *Quæro illud etiam ex te.* Idem de senect: *Poma ex arboribus, si cruda sunt, ravidelluntur, si matura, & coëta, decidunt.* Maxime, quæ ex propositione ex componuntur, ut *Expello, ejicio, eripio.* Cic: pro Mil: *Ex urbe expelli, exterminari, ejici.*

2. Quædam modo dativum, modo ablativum cum præpositione habent, præter accusativum, ut: *Surripio, eripio, aufero.* Cic: pro Dom: *Clavius pecunias consulares a Senatu abstulit.* Idem in Vera lib: 1. *Id tu mihi eripuisti, atque abstuisti.*

3. Verba petendi & percontandi, quanquam nonnulla duos accusativos, admittunt, ut supra diximus: tamen non statim existimabimus, (si quæ verba, præter proprium accusativum, hos quoque admittunt, *hoc, illud, istud, idem, quid, aliquid, quod, nihil, multa, unum, atque cæteros id genus*) posse etiam quosvis alios admittere: nam his multò liberius, quam cæteris, veteres utuntur. Ter: Haut. *Ego Domi ero, si quid me voles.* Cic: ad Att: lib: 6. *Non quod me aliquid juvare posses.* Terent: Eun: *Id, amabo, adjuva me.* Cic: ad Att: l. 7. *Nec te id consulo.* Id: in Cat: Orat: 1. *Si tu, quod jam dudum te hortor, exieris.*

4. Oro, exoro, obsecro, post accusativum personæ, sæpe subjunctivum postulant: Cic: de Orat: lib: 2. *Frater exoravit me, ut huc secum venirem.*

5. Verba opto, precor posco, & similia, præter accusativum, admittunt dativum. Cic in Pison. *Optare insaniam alicui.* Idem de amic: *Procurari amicis ab indigno.* Idem pro Sex: Rosc: *Audacia partes Roscii sibi poposcerunt.* Vel ablativum cum præpositione, à, vel ab. Cic: de Nat: *Stultitia est, à quibus bona precamur, ab iis dantibus nolle sumere.* Idem ad Att: *Non debebam ego abs te literas poscere.*

6. Quædam verba hujus ordinis præpositionem de admittunt. Cic pro Cor: *Audiui hoc de parente meo puer.* Ita, *emere de Sylla, &c. pro a Sylla.*

SCHOLION pro Med: Cl.

1. Verbum flagito, etsi frequenter ad quartum ordinem spectat, & cum duobus accusativis jungitur: sæpe tamen cum accusativo & ablativo cum præpositione ponitur. Cic. l. 7. in Ver. *Flagitat abs te filium.*

2. Abstineo, etsi neutrum jure videri potest, hic tamen, vel in proximo ordine ponitur a plerisque: quod actionem quandam contineat, & modo præpositionem à vel ab adsciscat, modo æque eleganter eandem respuat. Cic: 2. de fin. *Ne malum habeat, abstineat se ab injuria.* Id: 4. Acad: *A quibus nunc jam quidem te abstinebis.* Idem 7. Ep. *Qui me ostreis, & murænis facile abstinebam.* Sæpe tamen absolute sumitur. Liv: l. 2. *Urbe valida, muris ac situ ipso munita, abstinuit.*

DE CONSTRUCTIONE

Verbi passivi.

Verbum passivum ablativum cum præpositione à vel ab postulat post se, qui ex nominativo verbi activi fit, ante se nominativum, qui fit ex accusativo. Cic: 6. ad Cæc: *Liber tuus & lectus est, & legitur à me diligenter, & custoditur diligentissime* Idem 2. Phil: *Illi eam gloriam consecuti sunt, quæ vix cœlo capi posse videbatur.*

2. Quare cum activa passivis permutantur, accusativus in nominativum migrat, nominativus in ablativum cum præpositione a vel ab, ut: *Ego legi librum tuum: liber tuus lectus est à me.* Cæteri casus integri manent.

Cum ablativus est rei inanimata, ferè præpositio supprimitur. Cic: 2. Tusc: *Sape enim videmus fractus pudre, qui ratione nulla vincerentur.*

Primi Ordinis.

Laudor, aris, atus sum, *Byc chwalonym.*

Diligor, geris, lectus sum, *Byc mitowanym/*

Legor, geris, lectus sum, *Byc czytanym/ zbieteranym.*

Secundi Ordinis.

Absolvor, eris, lutus sum, *Byc rozwiózanym.*

Accusor, aris, atus sum, *Byc oskarżonym.*

Damnor, aris, atus sum, *Byc zdany na śmierć.*

Cic: pro Cl. *Majestatis absoluti sunt multi.*

Tertii Ordinis.

Adhibeor, eris, ditus sum, *Byc używanym do czego.*

Tribuor, eris, utus sum, *Byc danym.*

Concedor, eris, cessus sum, *Byc pozwołonym.*

Cic: ad Oct. *Nulla remedia, quæ vulveribus adbi-*

adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quæ sunt
salutaria.

Quarti Ordinis.

Doceor, eris, etus sum, *Byc* uęzonym.

Flagitor aris, atus sum, *Byc* pęozonym.

Moneor, eris, nitus sum *Byc* napominanym.

Cæs: de bello civ: lib: 1. Petrejus atque Afranius,
dum stipendium à legionibus pene seditione factis
flagitaretur.

APPENDIX I. Gen: pro Med: Cl.

Hic ubi verbum geminum accusativum postulat
is mutatur in nominativum, qui præstantior est; hoc
est qui personam significat, altero perstante, ut
Ego doceo Antonium literas; Antonius docetur
à me literas.

Quinti Ordinis.

Induor, eris, utus sum, *Byc* pęzyodzianym.

Exuor, eris, utus sum, *Byc* zwoleczonym.

Privor, aris, atus sum, Postcedac.

Cic: pro Rab: Demetrius, aspide ad corpus admo-
tâ, vitâ privatus est.

Sexti Ordinis.

Audior, iris, ditus sum, *Byc* styżanym.

Emor, eris, emptus sum, *Byc* kupionym.

Quæror, eris, situs sum, *Byc* żukanym.

APPENDIX pro Med: Cl.

1. Cum verbum post Accusativum admittit abla-
tivum personæ: si activa passivis permutantur, per-
turbatur sensus, ut: Aufero à te vestem; à me ve-
stis auferitur à te. Accipio à te literas, litera ac-
cipiuntur à me à te. Ideo faciendum est, ut ambi-

guitas videtur sic: Vellis auferatur á me tibi; literæ tuæ accipiuntur á me. Quod tamen in his ferme verbis potissimum observandum videtur: Accipio, aufero, eripio, surripio, & hujusmodi.

2. Verba passiva nonnunquam dandi casum, pro auferendi (more Græcorum.) admittunt. Cic: de claris Orat. *Auditus est nobis Lelii Caji filii sepe sermo.* Idque ferme apud Pœtas. Ovid. de Ponto lib: 3. *Cum toties eadem dicam, vix audier ulli.*

3. Interdum accusativum, addita præpositione per, Cic: ad Att. lib: 1. *Id assequentur, si per Praetores Consules creentur.*

DE CONSTRUCTIONE

Verbi Neutrius.

CAPUT IV.

P.S.O. Inf: Cl.

Primus Ordo Neutorum. Utrinque nominandi casus.

OMne verbum Neutrum, præsertim verò substantivum, & absolutum utrinque nominativum habere potest; cum utrumque nomen ad eandem rem pertinet. Ter: Phorm. *Senectus ipsa est morbus.* Cic: ad Att. lib: 3. *Ego vivo miserrimus.*

Sum, es, sui, 3yc.

Vivo, vis, xi, etum, 3yc.

Venio, nis, ni, entum, 3yc.

Ambulo, curro, eo incedo, vado;

APPENDIX I. Generis pro Med: Cl.

1. Non solum verba neutra, sed omne verbum personale finiti modi, utrinque nominativum habere

potest, cum utrumque nomen ad eandem rem pertinet. Cic: Offic: lib: 3. *Liber, qui inscribitur, Lelius.* Idem pro Corn: *Audiui hoc de parente meo puer.*

2. Huc præsertim pertinent verba, quæ vocativa appellantur; cuiusmodi sunt: Appellor, vocor, nuncupor, nominor, dicor, & si quæ sunt generis ejusdem: ut: seror pro dicor, habeor, &c. Cic: de Orat: l. 8. *Septem dicuntur fuisse uno tempore, qui sapientes, & haberentur, & vocarentur.* Virg: Æneid: 1. *Quam Juno fertur terris magis omnibus unam posthabita coluisse Samo.* Fertur, hoc est, dicitur; coluisse infinitum pro nominativo.

3. Si duo illa nomina non sunt ejusdem numeri aut personæ: verbum concordat cum eo nomine, quod est basis, & quasi fundamentum orationis. Lucan: lib: 9. *Sanguis erant lachrymæ. Nota argenti fuere bigæ, atque quadrigæ.*

4. Etiam verbum personale infiniti modi post se nominativum postulat, cum res ad nominativum præcedentis verbi pertinet. Cic: de Nat: Deor: l. 1. *Nolo esse longior.* Terentius Adelph: *Meditor esse affabilis.*

5. Id frequentissimum est in Verbo Videor. Cic: de Clar: Orat: *Videor jam te ausurus esse appellare.* De fin: lib: 5. *Hostiliam dico, non banc novam, quæ mihi minor videtur, posteaquam est major.* Verbum enim Videor; fere post se nominativum ejusdem numeri, & personæ (aut loco ejus infinitum, vel membrum orationis) postulat. Cic: de Amic. *Quo in genere sperare videor.* Idem l. 16.

Si

Si videris tibi me posse consequi: ubi pronomen *me*, ad vocem *consequi* refertur, non ad *videris*: Offic: l. 1. *Induxit eam, qua videretur esse, non qua est, repugnantiam.* Quintil: c. 9. *Reus paricidii damnatum iri videbitur.* In quibus exemplis infinitivus, vel membrum orationis, loco nominativi ponitur, *sperare*, pro *sperans*; *posse*, pro *potens*: *damnatum iri*, pro *damnandus*.

6. Interdum videtur Impersonaliter usurpari. Cic: pro Rabir: *Fit Senatus consultum, ut Consules adhiberent tribuno, plebis, quos eis videretur.* Deest, esse adhibendos, aut certe deest infinitum cum suo casu, loco nominativi; ut: *equum vel opportunum adhibere*, aut aliquid ejusmodi. Cic. de senect. *Nunc autem mihi visum est ad te scribere*, hoc est, *placuit*. Interdum etiam membrum orationis (ut supra cap: 1. dictum est) partes agit nominativi. Lel: Cic: lib: 8. *Visum est, ut te facerem certiores.*

7. Si accusativus antecessit, & sequatur, necesse est Cic: in Cat: Orat: 1. *Cupio: Patres conscripti, me esse clementem.* Curt: etiam dixit l. 3. *Octoginta talenta constituit daturum, pro se daturum.* Quod non temerè videtur tyronibus imitandum.

APPENDIX II. Gen: pro Supr. Cl.

1. Verba puto, ajo, refero, & alia ejusdem significationis interdum apud Poetas nominativum habent post infinitum verbi substantivi. Luc: lib: 9. *Tutumque putavit jam bonus esse socer.* Catul: Ep: 13. *Ais fuisse naviam celerrima.* Ovid: l. 3,

Met: *Sed enim, quia retulit Ajax esse Jovis Pro- nepos. Orator dixisset: Se bonum esse socerum, & cætera eodem modo.*

Secundus Ordo Neutorum, genitivus post Verbum. P.S.O. Inf: Cl.

Quædam verba neutra post se genitivum postu- lant. Cic: ad Cæl: *Jam me Pompeji totum esse scis.* Ter: Heaut: *Clinia rerum suarum satagit.* Cic: ad Att: lib: 2. *Egeo consilii.* Idem in Ant. Phil: 4. *Hoc bellum indiget celeritatis.*

Egeo, ges, qui, Potrzebowac.

Indigeo, ges, gui.

Memini, nisti, Pamistac.

Satago, gis, Wsítowac 3 wielkim staraniem.

Sum, es, fui, Być

APPENDIX I. pro Med: Cl.

1. Memini (pro recordor) tum genitivum, tum accusativum postulat. Cic: de sened: *Omnia, quæ curant, senes meminerunt.* Ter: Eun: *Faciám, ut mei semper memineris.*

2. Pro, mentionem facio, cum genitivo, vel abla- tivo, & præpositione de jungitur. Quin: lib: 11. *Nequè omnino hujus rei memiuit usquam Poeta.* Idem Ibid: *De quibus multi meminerunt.*

Tertius Ordo Neutorum, Dativus post Verbum. P. S. O. Inf: Cl.

Quædam verba neutra post se dandi casum po- stulant: Ea fere sunt, quæ auxilium, commo- dum, incommodum, favorem, studium significant: Dativo item adhæret verbum Sum, (cum habere significat) & ejus composita. Multa præterea,

quæ obsequium & obedientiam, submissionem, repugnantiam significant. Multa denique composita ex verbis neutris & præpositionibus: *Ad, Ante, Con, In, Inter, Ob, Præ, Sub, Cic: in Ver: l. 6. Homini jam perditō, & collum in laqueum inferenti subvenisti. Liv: 5. ab urb: Huic orationi Servius cū intervenisset.*

Adsum, ades, adfui, Obecnym być.

Affurgo, gis, rrexi, urrectum, Powstać.

Consulo, is, uī, ultum, Opaczyc/radzic.

Debeo, es, ui, itum, Być powinny.

Faveo, ves, vi, fautum, Sprzyjać.

Impendeo, es, pendi, Nad syia wisieć.

Incommodo, as, avi, datum, Przestkodzić.

Indulgeo, ges, ulsi, ultum, Pozwalac.

Obsto, stas, stiti, stitum, v. arum, Przeciwic sie.

Obedio, dis, divi, ditum, Być Postupnym.

Obtempero, ras, ravi, ratum, idem.

Pareo, res rui, idem.

Servio, vis, vivi, vitum; Sluzyc.

Subvenio, nis, ni, entum, Wspomagać.

Multa sunt verba, quæ locis communibus comprehendi nequeunt: ideo visum est non inutile, neutra quàm plurima, quæ dativum admittunt, literarum ordine recensere, non ut memorie mandentur, sed ut crebrius legantur.

Acclamo, Accumbo, Accubo, Accresco, Accedo (tibi, & tuæ sententiæ,) id est assentior, (*Accedit hoc meis malis, pro: additur*) Adsum, Adhæreo, adhæresco, Adlaboro, Adequiro, Adno, Adnato, Affulgeo, Antecedo, Antecello, Anteco,

Ante-

Antesto, Appareo, Applaudo, Appropinquo, Ar-
 rideo, Assisto, Assideo, Assvesco, Assurgo, Assve-
 ro, Ausculto, (*pro* obedio,) Benecupio, Benedico,
 Benefacio, Benignefacio, Benevolo, Caveo, Con-
 sulo, (*pro* Prospicio.) Confido, Consentio, Con-
 fvesco, Commodo (*pro* Profum,) Cedo, (*pro* locum
 do,) Detraho, Despero, Deservio, Desum, Displi-
 ceo, Dissentio, Diffido, Fido, Favco, Hæreo. Il-
 ludo, Indulgeo, Insuam, Insulto, Inhio, Incumbo,
 (*pro* Innitor,) Inservio, Insufurro, Insisto,
 Ignosco, Illacrymo, Incommodo, Indormio, In-
 cubo, Illucesco, Impono, (*pro* Decipio,) Imminco,
 Inhæreo, Ingemisco, Invideo, Innuo, Insvesco,
 Infideo, Intervenio, Interjaceo, Intersum, Inter-
 cedo, (*Id est*, Oppono me, ut impediam) Inter-
 dico, (*pro* Repugno,) Maledico, Malevolo, Me-
 tuo, (*amicè* in bonam partem,) ut: *tibi metuo*,
hoc est, ne quid tibi eveniat incommodi. Nubo,
 Noceo, Obequito, Obsecundo, Obsum, Obsto,
 Obsisto, Obrepro, Occurro, Occurso, Officio. Pla-
 ceo, Parco, Præsto, (*pro* Antecello,) Præsum,
 Præcurro, Præco, Præcello, Præjaceo, Præluceo,
 Præfideo, Prævideo, Prospicio tibi (*id est*, Consulo
 tibi,) Profum, Recipio tibi, (*id est*, Promitto,)
 Reclamo, Repugno, Resisto, Respondeo, (*etiam*
pro Satisfacio,) Subjaceo, Succurro, Succedo, Suc-
 cresco, Succlamo, Suboleo, Subrepro, Succumbo,
 Subsum, Subservio, Subscribo, Sufficio, (*id est*, *pas-*
sum,) Servio, Supersum, Satisfacio, Studeo, Sup-
 plico. Timeo, (*amicè,*) Tempero.

APPENDIX pro Med: Cl.

1. Sum, modo dativum unum habet. Cic: ad Att: lib: 3. *Sed nuntiant meliùs esse ei.* Modo duos. Idem Att: lib: 4. *Respondeo primum postremae tuae paginae, quae mihi magna molestia fuit.*

2. Incumbo cum ad studium refertur, accusativum cum praepositione *In*, vel *Ad*, postulat. Cic: de Orat: 1. *Atque in id studium, in quo estis, incumbite.* Ad Planc: lib: 1. *Mi Plance, incumbere toto pectore ad laudem.*

3. Consulere alicui, non est consilium dare, sed prospicere. Cic: in Catil: Orat: 4. *Consulite vobis, prospicite Patriae.* Consulere aliquem, est consilium ab aliquo petere. Cic: in Verr: 1.4. *Nunc ego iudices, jam vos consulo, quid mihi faciendū putetis?*

4. Antecedo, Antecello, Antesto, Anteco, Anteverto, Attendo, Praesto, Praecurro, Praeco, Illudo, dandi, vel accusandi casum admittunt. Cic: de fin: lib: 4. *Virtus tantum praestat ceteris rebus, ut dici vix possit.* Liv: Bel: Maced: lib: 8. *Robore navium, & virtute militum Romani Rhodios praestabant.*

Usitatiùs horum nonnulla dativo junguntur: ut Antecello, Praesto, Illudo.

5. Interdico singulare est: nam praeter dativum ablativum habet. Cæs: Bel: Gal: l. 1. *Cæsar posteaquam in vulgus militum relatum est, quæ arrogantia in colloquio Ariovistus usus, omni Gallia Romanis interdixisset: &c.* Interdum accusativum Liv: Bel: Maced: lib: 4. *Fæminis duntaxat usum purpuræ interdicens!*

6. Quaedam praeter dativum simul & accusativum

tivum admittunt, ut: *Metuo tibi calamitatem, in vincto tibi laudem.* Cic: Tusc: lib: 1. *Ut nobis optimam naturam invidisse videatur.* Insuper & ablativum cum præpositione à vel ab. Cic: ad Heren: l. 1. *Ab inimico sibi periculum metuebat.* Tale est Timeo.

APPENDIX II. Gen: pro Med: Cl.

1. Vaco, (id est, operam do,) vix usurpandum videtur; nam *vacare* apud elegantes Scriprores ferè est *vacuum esse*, & ablativo jungitur. Cic: Offic: l. 1. *Nulla vite pars vacare officio potest.* Nam locus ille tertius ex orat: *Atbenis jam diu doctrina ipsorum Atheniensium interiit: domicilium tantum in ea urbe remanet studiorum, quibus vacant cives, peregrini fruuntur, à nobis est; Quibus enim, (ut locus ipse declarat,) ablativus est, & vacant, vacuum esse significat: opponitur enim fruuntur.* Primo autem de Div: *Ego vero Philosophie, Quinte, semper vaco.* *Philosophia* dativus est communis: atq; è ita dixit: *Philosophia vaco,* ac si dixisset: *Philosophia causam* vacuus sum: quod verba, quæ proxime antecedunt, indicant: *Ita tamen si vacas animo, nequè habes aliquid, quod huic sermoni prævertendum putes.*

2. Despero cum accusativo jungitur. Cæs: Bel: Gal: lib: 5. *Desperare fugam.* Et cum dativo. Cic: in Pison. *Quid, quod tu toties diffidens ac desperans rebus tuis, &c.* Allatro, Præcedo, Antevenio, Deficio, frequentissime cum accusativo junguntur, rarò cum dativo. Insulto frequenter dativo jungitur, rarius accusativo. Nubo non solum

dativum, sed etiam ablativum cum præpositione cum postulat: Cic: Catoni lib: 15. *Quo cum esset nupta Regis Armeniorum soror.*

3. Advigilo, Pugno, Bello, Certo, Contendo, Concurro, Colludo, diffideo tibi, Invigilo, Occumbo morti, & alia ejusmodi, Poëtica sunt. Virg Buc: Ecl: 5. *Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas.*

Quartus Ordo Neutorum, accusativus post Verbum. P. S. O. Inf: Cl.

Quædam verba neutra post se accusativum postulant: ea serè ad res mutas pertinent, ut: *Aro terram.* Vel sunt ea verba, quibus res verbi additur, ut: *Vivo vitam:* aut mensura, ut: *Curro radium.* Alia præterea verba huc revocantur. *Terent. Adelph. Ego illius sensum pulchre calleo.*

Quæ ad res mutas pertinent.

Aro, as, avi, atum, Orać.

Puto, as, avi, atum, Obćinać.

Rigo, as, avi, atum, Ropić / polewać.

Sero, ris, sevi, satum, Siac.

Ablaqueo, Meto, Occo, Pastino, Planto, Vindemio.

Verba, quibus res verbi additur.

Vivo, vis, xi, etum, Życ.

Servio, vis, vivi, itum, Służyc.

Pugno, as, avi, atum, Walczyc.

Curro, ris, cucurri, cursum, Biezeć wstok.

Alia Verba.

Calleo, les, llui, Być biegłym.

Exhalo, as, avi, atum, wydać wilgorność.

Capi, borreo, perborresco, memini, obstupesco, odi.

SCHO-

SCHOLION pro Med: Cl.

Abhorreo, tametsi compositum ab Horreo, ferè ablativum cum præpositione jungitur. Cic: Mario lib: 7. *Cum ab ea sententia Pompejus valde abhorreret.* Ergò ad sextum potius neutrorum ordinem pertinebit, etsi est intransitivum.

Quintus Ordo Neutrorum, ablativus post Verbum: P. S. O. Inf: Cl.

Quædam verba neutra, post se ablativum petunt: Ejusmodi est Sum, cum laudem aut vituperationem significat, & nonnulla alia. Cic: Lent. 1.2. *Tu, fac, animo forti magnoque sis,* Et Qu: Fr: 1. 3. *Incredibile est, mi frater, quam egeam tempore.* Cæs: Bel. civ: *Lacte & carne vivunt.*

Careo, res, rui, *Uie miec.*

Doleo, les, lui, *Bolec.*

Egeo, ges, gui, *Potzrebomac.*

Indigeo, ges, gui, *idem.*

Gaudeo, es, visus sum, *Radomac sis.*

Mæreo, res, æstus sum, *Smecic sis.*

Vivo, vis, xi, etum, *Ïyc.*

Consto, fluo, laboro, madeo, mano, redundo, roro, scateo, fudo, sic affluo, diffluo, circumfluo Cic: de Div: *Herculis simulacrum sudore manavit.* Id Ibid: *Quid, quòd fluvius atrato sanguine fluxit?* Id: pro lege Man: *Testis est Africa, quò magis oppressa hostium copiis, eorum ipsorum sanguine redundavit.* Plin: lib: 4. cap: 20. *Arborum succo manantium picem restnamque, alie orto in Oriente, alie in Europa, ferunt.*

SCHOLION pro Med: Cl:

1. Quædam tamen ex his etiam aliter plerumque offeruntur, ut ad communem constructionem verborum referri queant: ut, si in allatis locis veritas ablativum in rectum, & vicissim rectum in ablativum cum præpositione, hoc modo: *Sudor ex Herculis simulacro manavit. Atratus sanguis ex fluvio fluxit.* Sic Cic: sæpe: ut de Nat: Deor: l. 1. *Multaque à luna manant & fluunt.* Idem Philip: 12. *Fluent arma de manibus.* Idem pro Sylla: *Si ex hoc tanto in omnes beneficio nullum in me periculum redundabit.* Idem de Senect: *Ex ejus lingua melle dulcior fluebat oratio.*

2. Huc revocandum censent quidam verbum abstinco, cum absolute ponitur: at si præpositio addatur: ad proximum ordinem pertinebit.

APPENDIX I. Gen: pro Med: Cl.

1. Sum interdum genitivum habet, etiam cum laus vel vituperatio significatur. Cic pro Sex. *Nimum me timidum, nullius animi, nullius consilii fuisse confiteor.*

2. Egeo, Indigeo etiam casum interrogandi admittunt: ut supra dictum est.

3. Neutra sæpe ablativum admittunt, significantem partem. Cic: de Orat: l. 2. *In me ipso sæpissimè experior, ut exalbescam in principiis dicendi, & tota mente, atque artibus contremiscam.*

APPENDIX II. Gen: pro S. Cl.

1. Hoc genere loquendi frequentius utuntur Poëtæ. Horat: Epist: l. 1. *Animoque & corpore torpes* Idem ablativum in accusativum mutant. Horat: Satyr: l. 1. *Tremis ossa pavore.* Qua in re Græcos imitantur.

2. In verbo sum non semper quæ ablativo efferruntur, genitivò efferrì possunt; ejusmodi sunt: *animò bono, virili presenti, vacuo esse*. Item illa: *capite, superciliis, semper est rarus. Mira sum alacritate ad litigandum, &c.* Alia contra genitivò potius, quàm ablativo efferruntur Ter: Andr: *Nullius consilii sum*. Svet. in August. *Cibi minimi erat ac fere vulgaris*.

3. Roro, sono, sudo, interdum accusativum recipiunt, maxime apud Pœtas. Virgil: 1. Æneid: *Vex buminem sonat*. Cic: pro Arch: *Pœtæ pingue quiddam suantibus*. Non tamen dicimus: *Sono Citbaram*, sed *cano Citbarâ*: ut sit ablativus instrumenti.

4. Mœreo & doleo, interdum accusativum admittunt. Cic: l. 2. Epist: *Mœreo casum ejusmodi*. Idem lib: 14. *Illud doleo, &c.*

5. Consto & laboro, frequentissime præpositionem ex admittunt. Cic: Tusc: l. 5: *Cùm constemus ex animo & corpore*. Quò modo fere loquitur Idem Cic: *Laborare ex desiderio, ex renibus, ex intestinis, ex pedibus, & id genus Tulliana sunt*.

6. Pendere animis, numero multitudinis, dixit Cic: Tusc: l. 1. *Quodsi expectando, & desiderando pendemus animis, cruciamur, angimur*. Cùm vero singulari numero utimur, genitivo duntaxat locus est, Idem de leg. *Ego animi pendere soleo*.

Sextus ordo Neutorum, ablativus cum præpositione post verbum. P.S.O. Inf: Cl.

Quædam verba neutra, ut passionem significant, ita passivorum more construuntur, quæ & neu-

utro-passiva dicuntur. Quint: l. 9. c. 2. *Ita testis in reum rogatus, an ab eo fustibus vapulasset.*

Idem lib: 12. c. 1. *Fabritius respondit, a civibus se spoliari malle, quàm ab hostibus venire.*

Vapulo, as, lavi, latum, Byc bitym.

Venco, nis, nivì, v. nii, venum, Byc przedanymsi

Fio, fis, factus sum, Byc czynionym.

APPENDIX pro medi: Cl.

1. Fio eleganter cum ablativo jungitur, sed aliã significatione. Ter: Andr: *Nuno primùm audio, quid illo factum sit.* Interdum additur præpositio. Cic: ad Att: lib. 2. *Quid de Clodio fiat.*

2. Participium futurus (eodem sensu) eundem casum postulat. Cic ad Pæt: lib: 9. *Fac, ut sciam, quid de nobis futurum sit.*

2. Jungitur etiam cum dativo. Cic in Ant. Philip. 2. *Vide, queso, Antoni, quid tibi futurum sit.*

4. Exulo & liceo prætermisimus; quòd nondum ea cum ablativo personæ agentis legerimus.

Verbum Facio eodem modo usurpatur à doctis, quò fio. Cic. in Ver: lib: 3. *Quid hoc homine faciatis?*

SCHOLION pro Medi: Cl.

Abhorreo (ut supra dictum est) huc fortasse referendum: tametsi passionem non videtur propriè significare.

DE CONSTRUCTIONE.

Verbi Communis.

CAPUT V.

F. S. O. Inf. Cl.

Vix

Vix fortasse reperiuntur hodie verba Communia, quæ etiam præsentis & imperfecto in utramque partem usurpentur. Participia præteriti temporis, ac verba, seu tempora, quæ inde nascuntur, (ut supra in Rudimentis ostendimus,) usitatiora sunt: quæ passiva significatione, passivorum more sextum casum admittunt. Liv. lib: 47: Dec: 4. *Omnia ora maritima ab Achais depopulata erat.* Activa significatione, leges serè activorum sequuntur.

Aggredior, eris, effus sum, *Зачынаць, націраць.*
Cic: ad Nep: ex Prisc: l. 8. *Hoc restiterat etiam, ut à te fidei aggrederer donis.* Var: apud Prisc: *Ab inimicis hortareris.*

Aspernor, aris, atus sum, *Гарджіць.*

Dimetior, metiris, mensus sum, *Размірзаць.*

Dignor, aris, atus sum, *Дазыць.*

Cic: ad Nepot: ex Prisc: *Qui habet, ultrò appetitur: qui est pauper, aspernatur.* Cic: de Invent: *Observantia est, per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam, & honore dignantur.* Quæ notanda videntur potius, quàm imitanda. Itaque tyrones maxime præsentis tempore, & imperfecto, à verbis communibus significatione passiva (quoad ejus fieri poterit) abstinere bunt.

APPENDIX I. Gen. pro Med: Cl.

Ergo illa participia: *Dimensus, populatus, expertus, meditatatus,* liberiora sunt. Cic: de senect: *A quo essent illa dimensa atque descripta.* Liv: l. 45. dec: 5. *Amicum ab ipso per tot casus exper-*

tus.

sum. Ter: Phor: *Meditata sunt mihi omnia mea incommoda.*

DE CONSTRUCTIONE
VERBI DEPONENTIS.
CAPUT VI.

Primus Ordo Deponentium, Genitivus post verbum
P. S. O. Inf. Cl.

Quædam verba Deponentia post se genitivum casum adsciscunt. Cic ad Att: *Qui miseret mei acerbent, non desinunt invidere.*

Misereor, eris, erus sum, *ꝑmitowac sis.*

Obliviscor, eris, tus sum, *ꝑapamistac.*

Potior, tiris, potitus sum, *Ortzymac.*

Recordor, aris, atus sum, *ꝑspomniec.*

Remiscescor, sceris, *ꝑspominac.*

APPENDIX pro Med: Cl.

1. Obliviscor, recordor, remiscescor etiam accusativum postulant. Cic: in Ant. *Omnia obliviscer, in gratiam redeo.* Misereor nonnunquam dandi casu effertur. *Misereor tibi.* Verumtamen usurpandum non videtur.

SCHOLIION pro Med: Cl.

Potior genitivos quosdam certos videtur admittere, ut: *Potior rerum, hostium, regni.* Alioqui frequentius ab ativo gaudet. Accusativus etiam additur à veteribus: verumtamen id jam non videtur usitatum.

Secundus Ordo Deponentium, Dativus post Verbum. P. S. O. Inf: Cl.

Quædam verba Deponentia post se dativum exigunt. Ea serè adulationem significant, eaque

omnia,

omnia, quæ verba neutra tertii Ordinis. Cic: pro Sylla. *Ego verò quibus ornamentis adversor tuis?* Idem 2. Verr: *Ei voce maxima victoribus gratulatur.*

Adulor, aris, atus sum, Pochlebować.

Assentor, taris, ratus sum.

Assentior, tiris, sensus sum, Zeswalać.

Auxilior, aris, atus sum, Dopomoc.

Blandior, diris, ditus sum, Młowić łagodnie.

Gratulor, laris, latus sum, Winšować.

Gratificor, aris, atus sum, Zachować się.

Innitor, irascor, mod:ror, medeor, obsequor, præstolor.

Moderor tamen etiam ad sequentem Ordinē spectat.

APPENDIX pro Med: Cl.

1. Præstolor, adulor, medicor, etiam accusativo jungitur. Terent: Eun. *Quem præstolare hic Parmeno?* Cic: in Pison: *Sine ulla specie consulari torrentem, tementem, adulantem omnes, videre te volui, vidi.* Plaut: Most: *Ego istum lepide medicabor metum.* Atqui verbum Medicor, priscum jam censei potest.

2. Indignor etiam cum accusativo rei jungitur. Quin: lib: 3. *Quidam indignantur imperia.*

3. Gratulor tibi in hac re, vel de hac re. Cic: lib: 1. Epist: *Quod mihi de filia gratuleris.* Idem lib: 6. *Qua in re tibi gratulor.*

4. Multi verbo Dominor dandi casum tribuunt: in locis tamen, qui afferuntur, casus non proprius, sed communis videtur: Itaque malim uti ablativō cum præpositione in, cum ad locum refertur: quod

frequentissimum est apud bonos scriptores. Cic: pro Cæc: *Denique nimia ista, quæ dominatur in civitate potentia.* Aut accusativum cum eadem præpositione, cum ad personas pertinet. Idem de Senect: *Senectus honesta est, si usque ad extremum dominatur in suos.*

Tertius Ordo Deponentium, accusativus post Verbum. P. S. O. Inf: Cl.

Quædam verba Deponentia post se accusandi casum postulant. Cic: Att: lib: 9. *Hi quidem mera scelera loquuntur.* Cæf: l. 1. bel: Gal: *Non minorem laudem exercitus, quam ipse Imperator meritus esse videbatur.* Cic: lib: 3. de Nat: Deor: *Versat Cælum Deus, terram tuetur, maria moderatur.*

Abominor, naris, natus sum, *Brzydźić się.*

Adipiscor, sceris, adeptus sum, *Dostąpić.*

Adorior, iris, ortus sum, *Ażuć się na kogo.*

Admiror, aris, atus sum, *Zadziwić się.*

Alloquor, eris, quutus sum, *Mówić do kogo.*

Assequor, eris, quutus sum, *Dostępnąć.*

Imitor, aris, atus sum, *Naśladować.*

Mereor reris, ritus sum, *Zasłużyc.*

Moderor, aris, atus sum, *Miarować.*

Aversor, Calumnior, Comitor, Consolor, Consequor, Cohortor, Consector, Deprecor, Execror, Experior, Exequor Fateor, Fabricor, Hortor, Jaculor, Inficior, Insequor, Insector, Intueor, Lamentor, Lator, Loquor, Machinor, Mentior, (pro Imitor,) Mereor, Misereor, Molior, Nanciscor, Obsessor, Opperior, Ordior, Patior, Periclitor, (hoc

est

est, Experior,) Persequor, Popolor, Precor, Prædor,
Præmeditor, Præstolor, Prosequor, Rimor, Recor-
dor, Reminiscor, Remoror, Reor, Scrutor, Sequor
Solor, Suspikor, Testor, Testificor, Tueor, Tutor,
Vencor, Vereor, (hoc est, Colo, vel Observo,)
Ulcifcor.

APPENDIX pro Med: Cl.

Mereri bene, vel male de aliquo, est ei commo-
dare, vel incommodare. Cic: ad Len: lib: 2. *Erat*
infinitum, bene de me meritos omnes nominare.
Id pro Mil: *Non male aliquando de me meriti,*
sed optime. Idem lib: 1. de fin: *Male, credo, me-*
rerer de meis civibus.

SCHOLION pro Med: Cl:

Precor etiam cum ablativo jungitur. Cic: pro
Mur. *Quæ precatus sum à diis immortalibus.*
Idem de Amic: *Precari ab indigno, ut supra di-*
ctum est.

Quartus Ordo Deponentium, Accusativus cum
Dativo post Verbum. P. S. O. Inf: Cl:

Quædam Verba Deponentia præter accusativum
dativum poscunt. Cic: Phil: 2. *Græcia ten-*
dit dexteram Italiae, suumque ei præsidium pollic-
etur.

Gratulor, aris, atus sum, Winbowac.

Largior, iris, itus sum, Darowac.

Minitor, nitaris, nitatus sum, Grojymac.

Minor, naris, natus sum, Grojic.

Polliccor, eris, citus sum, Obiecowac.

Confiteor Fæneror, Furor, impertior.

APPENDIX pro Med: Cl.

Furor

Furor etiam ablativum cum præpositione a vel ab recipit. Cic: Att: lib: 2. *Furaturum me abs te esse diceres.*

Quintus Ordo Deponentium, Accusativus cum Ablativo post Verbum. P. S. O. Inf: Cl.

Quædam verba Deponentia præter accusativum ablativum postulant sine præpositione. Virg *Æn. 1. Haud equidem tali me dignor honore.*

Dignor, aris, atus sum, *Ważyc.*

Muneror, aris, atus sum, *Darować.*

Prosequor, eris, quutus sum, *Szanować.*

Remuneror, aris, atus sum, *Oddać.*

Cic: Verr: lib: 9. *Ut possem te remunerari quam simillimo munere.*

Sextus Ordo Deponentium, Ablativus cum præpositione præter Accusativum post Verbum.

P. S. O. Inf: Cl.

Quædam verba Deponentia præter Accusativum ablativum cum præpositione a, vel ab, postulant. Cic: pro Sylla. *Quam multorum hic vitam est a L. Sylla deprecatus.*

Deprecor, caris, catus sum, *Odprasać.*

Mercor, caris catus, sum, *Zupeczyć/Sandłować.*

Mutuor, tuaris, tuatus sum, *Pozyczyć.*

Percontor, taris, tatus sum, *Wywiedować się.*

Sciscitor, taris, tatus sum, *Badać. się.*

Cic: in Ver: *Fam qui tot scelera commisit, is nullam a se se calamitatem poterit deprecari.*

APPENDIX pro Med: Cl:

1. Percontor & sciscitor etiam ablativum cum præpositione ~~ex~~ admittunt. Cic: de Nat: Deor: 2.

Epicuri ex Velleio sciscitabar sententiam. Idem de Clar: Orat. Cum Theophrastus percontaretur ex Anicula, quanti illud venderet.

2. Percontor interdum præter accusativum personæ, ablativum rei cum præpositione de eleganter admittit. Cic: in Som: Scip: *Ego illum de suo regno, ille me de nostra Republica percontatus est.*

Septimus Ordo Deponentium, Ablativus post Verbum P. S. O. Inf: Cl.

Quædam verba Deponentia post se ablativum postulant Cic: pro Sex Rosc: *Commoda, quibus utimur, lucem, quæ fruimur, spiritum, quem ducimus, à Deo nobis dari, atque impertiri videmus.*

Abutor, eris, abusus sum, *Ua 3ie 3azywać.*

Fruor, eris, itus sum, *3azyć.*

Lactor, taris, ratus sum, *Radować 3is.*

Oblector, etaris, etatus sum, *3ochać 3is.*

Vescor vesceris, *Pozywać.*

Utor, uteris, usus sum, *Używać.*

Defangor, Delector, Fungor, Glorior, Potior.

APPENDIX I. Gen: pro Med: Cl.

1. Nitor, Glorior, in, præpositionem interdum admittunt. Cic: pro Mil: *In ejus vita nititur salus civitatis.* de Nat: Deor: lib: 3. *Propter virtutem jure laudamur, & in virtute rectè gloriamur.*

2. Periclitor, cum ad periculum discrimenque refertur, ablativum etiam postulat. Mart: l: 6. *Periclitatur capite Sotades noster.* Verùm non ad omnia passim hæc hujus verbi syntaxis derivanda.

Neque enim fortasse recte dixeris: *Periclitor Patriam, divitias, gloriam*. Cum experiri significat, accusativum poseit, & ad tertium ordinem refertur. Cic: pro Quint: *Omnia circumspexit Quintus, omnia periclitatus est*.

APPENDIX II. Generis pro Sup: Cl.

1. Potior, Vescor, Fungor nonnunquam accusativo adherent. Terent: Adel: *Ille alter sine labore, Patrie potitur commoda*. Cicero Phil: 13 *Vincamus odium, pacemque potiamur*. Neque tamen hæc passim imitanda sunt.

2. Item Utor, Abutor apud priscos. Plaut: in *Asin*. *Cetera, quæ volumus uti, Græca mercamur fide*. Ter: Andr: *Nam in prologis scribendis, operam abutitur*. Quæ jam videntur obsolevisse.

DE CONSTRUCTIONE
VERBI IMPERSONALIS
CAPUT VII.

P. S. O. Inf: Cl.

Primam quidem & secundam personam utriusque numeri Verbum impersonale semper caret: verumtamen tertiâ pluralis non semper, ut infra suis locis ostendetur.

Primus Ordo Impersonalium.

Quædam verba impersonalia absolute ponuntur. Cic: de Div: *Si fulserit, si tonuerit.*

Fulget, gebat, fulsit, *Lśni sis.*

Fulgurat, bat, avit, *Blysta sit.*

Grandinat, bat, avit, *Grad pada.*

Ningit, gebat, niixit, *Snieg pada.*

Pluit, ebat, pluit, *Deszcz pada.*

<http://rcin.org.pl>

Tonat,

Tonat, bat, nuit, Gr3mi.

APPENDIX pro Med: Cl.

1. His tamen interdum nominativus additur. Cic. in Orat: *Pericles ab Aristophane Pœta fulgurare, tonare, permiscere Græciam, dictus est.* Virg: Georg: lib: 4. *Nes de concussa tantum pluit ilice glandis.*

2. Pluit, accusativum aut ablativum post se non respuit. Liv: Bel: Pun: lib: 10. *Sanguinem pluisse per biduum in ara Concordiæ, satis credebant.* Idem. *Nunclatum est in monte Albano, lapidibus pluisse.*

Secundus Ordo Impersonalium.

P. S. O. Inf Cl.

Quædam verba impersonalia ante se nominativum, vel aliquam orationis partem, præsertim vero infinitum locò nominativi postulant; post se genitivum. Cicero ad Quint: Fr: lib: 2. *Hoc vehementer interest Republicæ.* Idem de fin: lib: 3. *Interest omnium rectè facere.*

Est, erat, fuit,

Interest, erat, fuit, *Valere.*

Refert, rebat,

APPENDIX pro Med: Cl.

1. Interest tamen & refert hos ablativos habent: *Meâ, tuâ, suâ, nostrâ, & vestrâ,* Cic: Ter: lib: 16. *Et tuâ & meâ maxime interest te Valere.*

2. Cujâ, vel cujus interest, dicitur. Cic: pro Mur: *Ea cædes potissimum crimini datur ei, cujus interfuit.* Idem Phil: 2. *Quis enim est bodie, cujus interfit istam legem manere.*

3. Verbum est pro ablativis: meâ, tuâ, suâ, nostrâ, & vestrâ, habet: meum, tuum suum, nostrum, & vestrum. Cic: ad Cæl: lib: 6. *Puto esse meum, quid sentiam exponere.* Idem de fin: lib: 1. *Si memoria forte defecerit, tuum est, ut suggeras.*

4. Magnum, parvum, tantum, quantum, jungitur in genitivo cum verbis interest, & refert. Cic: ad Att: lib: 2. *Permagni nostrâ interest, te esse Romæ.*

5. Cætera ejusmodi per adverbium efferuntur, ut *Multum aut plurimum interest, maxime refert. nihil interest.* Cic: Tusc: lib: 1. *Theodori quidem nihil interest, humine, an sublime putrescat.*

APPENDIX II. Gen: pro S. Cl.

1. Quantum, pro quanti, apud Ciceronem invenies, pro Mur: *Ostendam alio loco, quantum salutis communis intersit.* Pro Mil: *Semper Milo, quantum interest P. Clodii, se perire cogitabat.*

2. Tantum interest apud Plin: 2. *Tantum interest, subeant alii, an superveniant.*

Tertius Ordo Impersonalium, Dativus post Impersonale. P. S. O. Inf: Cl.

Quædam verba Impersonalia, (quorum multa eventum, vel commodum serè significant,) ante se nominativum, vel aliquam orationis partem, præsertim verò infinitum locò nominativi postulant, post se verò dativum. Ter: Adolph: *Facite, quod vobis libet:* Cic: in Ver: lib: 3. *Accidit illi, ut eo die Lampscum veniret.*

Accidit, ebat, dit,

Contigit, gebat, tigit, Trasia sit.

Evenit, niebat, venit. Przydaje się.

Licet, cebat, licuit, vel licitum est. Godzi się.

Libet, ebat, buit, vel libitum est. Podoba się.

Conducit, constat, convenit, expedit, liquet, placet, restat vacat. De opus est, in nominis constructione dicetur.

APPENDIX pro Med: Cl.

1. Quædam horum verborum etiam numero multitudinis efferuntur: Placent, libent. Sveton: in Cæs: *Cætera item, quæ cuique libuissent.*

2. Infinitum esse, accedente verbo licet, dandi vel accusandi casum post se postulat. Cic: Tusc: lib: 1. *Licuit otioso esse Themistocli, licuit Epaminonda.* Pro Flac. Cur: *His per te frui libertate, cur denique esse liberos non liceat?*

3 Infinitum esse cum cæteris verbis etiam impersonalibus, quæ dativò gaudent, fere dativum habet, rarò accusativum. Terent. Heaut. *Expedi bonis esse vobis.* Quint: lib: 11. *Cui esse deserto vacat.* Valer: lib: 3. *Sibi postea Scivi, & Duci, evadere contigit.*

APPENDIX II. Gen: pro S. Cl.

Incessit perfectum ab Incesso, cum est impersonale, dandi vel accusandi casum admittit. Liv: lib: 7. Dec: 2. *Timor incessit Lucium.* Idem lib: 1. *Gravior cura fratribus incessit.* Multò autem frequentius cum accusativo legitur. Reperitur & imperfectum. Tacit. lib: 3. *Incessabat enim deterrimo cuiq; licentia.* Alioquin etiam est personale. Plaut: Cist. *Illius ego istam incesso malè gratiam.*

5. Accidit, contingit, evenit, usuvenit, & alia

eiusdem generis apud Oratores fere infinitum respuunt, conjunctivò modo cum conjunctione gaudent. Cic: Cur. l. 2. *Si ei contigisset, ut te antè viderit quàm è vita discoderet.* Item de Orat: lib: 2 *Fortè evenit, ut in Privernatis essemus.*

Quartus Ordo Impersonalium, Accusativus post Impersonale. P.S.O. Inf: Cl:

Quædam verba Impersonalia, ante se nominativum, vel aliquam orationis partem, præsertim verò infinitum locò nominativi, post se accusativum habent. Cic: in Brut: *Decet hoc illum, nescio quomodo.*

Decet, cebat, cuit, Присътои.

Dedecet, bat, cuit, Nieприсътои.

Iuvat, vabat, juvit, Помага.

Delectat, bat, avit, Мило jest/ Лубо.

APPENDIX I. Generis pro Med: Cl

1. Hæc quoque verba non raro numero plurali usurpantur. Cic: 1. Offic: *Quàm te aliena deceant.* Virg: Ecl: 4. *Non omnes arbuta juvant:*

2. Verbum Oportet cum his quidam conjungunt, quasi verò accusativum post se postulet, cum verbum sit absolutum: quod modò nominativum aperte habet. Terent: Heaut. *Hæc facta ab illo oportebant, Syre.* Modò membrum orationis, locò nominativi. Cic: Philip. 7. *Irritari Antonium non oportuit.* Quanquam hoc verbum jam numero multitudinis usurpandum non videtur.

3. Fugit, latet præterit, fallit, cum impersonaliter usurpantur, huc revocanda sunt. Cic: ad Qu. Fr. l. 2. *De Casare fugit me ad te scribere.* Plin: lib:

lib: 2. c. 20. *Latet plerosquè magnâ coeli affectione, compertum à principibus doctrinâ viris, superiorum trium siderum ignes esse.* Cic: l. 6. ad Sil: *Nonnè præterit nos eam rem Ephesti expertos esse.* Cic: Ruf: lib: 5. *Nisi omnia me fallant.* Quanquam hoc verbum his locis, personale videri potest: ut alibi sæpe. Cic: Epist: l. 11. *Non fallam opinionem tuam.*

Quintus Ordo Impersonalium, Accusativus cum præpositione post Impersonale. P. S. O. Inf: Cl.

Quædam verba Impersonalia, ante se nominativum, vel aliquam orationis partem, præsertim verò infinitum locò nominativi, post se accusativum cum præpositione ad postulant. Cic: pro Sext: Rosc: *Hoc ad te nihil attinet.* Idem de Nat: Deor: l. 12. *Ad rem pertinet, quo modo cælo affe-cto quodque animal oritur.*

Attinet, ebat, nuit,

Pertinet, ebat, nuit, Przynalezy.

Speçtat, abat, avit,

APPENDIX pro Med: Cl.

1. Hæc quoque verba sæpissime numero plurali efferuntur. Cæs: lib: 3. de Bel: Gal: *Ea, quæ ad usum pertinerent.* Cic: lib: 1. Offic: *Beneficia, quæ ad singulos speçtant.*

Sextus Ordo Impersonalium, Genitivus ante Impersonale. Pro S. O. Inf: Cl.

Quædam verba Impersonalia, ante se ferè genitivum locò nominativi, post se accusativum postulant. Plaut: Triu. *Miseret te aliorum, tui te nec miseret, nec pudet.* Cic: pro Planc: *Nonnè*

D4

esset

esset pudicum, legatum suum dici Meandrum?

Miseret, ebat, erum est, Lutośc miec.

Miserescit, sccebat, Politozac.

Piget, ebat, guit, Lenic sie.

Pœnitet, ebat, tuit, Zatozac.

Pudet, debat, puduit, Wstydzić sis.

Tædet, ebat, pertæsum est, Testnic.

PRÆCEPTUM II. Generis pro Sup: Cl.

1. Quinque hæc verba videntur quondam fuisse Deponentia, cujus rei argumento est carmen Turpillii apud Non: *Quam matris, nunc Patris me miseretur magis.* Unde ad huc restant ista: *Miserum est, pudicum est, pertasum est.*

2. Pacuvius apud Nonium Impersonaliter utitur verbô Vereor eodem modô: *Nihilne te populi veretur?* Accius: *Si tui veretur.* Et Cic: de fin: lib: 2. *Aristippti Cyrenaicorumque omnium, quos non est veritum, &c.*

3. Priscianus lib: 8. docet ex Appollonio in his verbis nominativum latere, verbi causa *Pudet me tui*, hoc est, *pudor me habet tui; miseret me tui, miseratio me habet tui.* Crediderim potius verba hæc figurate genitivum habere pro nominativo; Nam justa & recta constructio est. (Plaut: Stic:) *Et me quidem hæc conditio nova non pœnitet.* Figurata verò: *Pœnitet me hujus conditionis:* Justa tamen exolevit, atque in ejus locum figurata successit. Cui locutioni similis est illa: *Venit mihi Platonis in mentem,* pro Plato. Quã utitur Cic: de fin: lib: 5.

Verbum Impersonale Passivum.

P.

VERBA Impersonalia passivæ vocis, (ut vocant) sunt ea, quæ tertiâ personâ contenta sunt. Ea verò efficiuntur à neutris quarti Ordinis, & ab activis, cum absolute efferuntur voce passivâ; ut: Aratur, ab Aro; Pugnatur, à Pugno; Amatur, ab Amo. Terent Eun. *Nescio, quid turbatum est domi?* à Turbo. Hæc ante se nominativum habent, qui tamen serò reticetur; post se ablativum cum præpositione à vel ab, vel ejus locò dativum exigunt, qui etiam sæpenumero tacetur. Marc: *Tota mihi dormitur hyems*, pro dormio totam hyemem. Plaut: Epit l. 17. *Mibi isthic neque feritur, neque metitur*. Cic: pro Dom: *Ab universo Senatu reclamatum est*. Ter: Eun: *Quid agitur? statur hic ad hunc modum*.

Multa præterea verba neutra impersonaliter usurpantur; vel sine casu, ut: *Statutur, egetur acriter*; vel cum casu, ut: *A me servitur Deo* Cic: l. 12. *Huic quoque rei subventum est, maxime à nobis*. Virg: 6. *Aeneid: Itur in antiquam sylvam*. Idem *Ventum erat ad limen*.

Hactenus de propria verborum constructione dictum sit; deinceps de communi dicendum est.

DE COMMUNI OMNIUM VERBORUM CONSTRUCTIONE

CAPUT VIII.

Pro Media Classe Grammatices.

PRÆCEPTUM I. De Genitivo communi, cum significatur status in loco.

*Propria Pagorum, tum quæ castella, vel urbes
Significant, ad Ubi in patrio reddenda locantur;
Seu primò fuerint, sive ordine flexa secundo;
Ut: Jam sum Roma: cupio tecum esse Corinthi.*

Propria pagorum, castellorum, urbium, primæ,
vel secundæ declinationis, ponuntur in geniti-
vo post quodvis verbum: si interrogatio fiat per
adverbium Ubi? sive ut alii loquantur, cum signi-
ficatur status in loco. Cic: ad Att: lib: 4. *Egra-
tius Roma est.*

*Militiæ, belli, domi humi prædicta sequuntur
Propria; sexquæ domi, appositis non amplius hæret.*

2. Propria sequuntur appellativa quatuor: Humi,
Belli, Militiæ, Domi; quorum postremò adjungi
possunt adjectiva: *Meæ, Tuæ, Suae, Nostræ, Ve-
stræ, Aliena.* Cic: Tusc: l. 1. *Theodori quid m-
ni interest, hurnine, an sublimè putrescat.* Idem
lib: 2. de Offic: *Quibuscunquæ rebus, vel belli,
vel domi: poterunt, Rempublicam augeant.* Idem
Marcel: lib: 4. *Nonne mavis sine periculo amici
tuæ esse, quàm cum periculo alienæ?*

*Nomina si ternæ, vel sunt pluralia, sextum
Poscit ubi: natus Carthagine, doctus Athenis.*

3. Si propria tamen fuerint tertiæ declinationis,
vel pluralis numeri, sexto casu utendum est. Cic:
de Divin: lib: 1. *Babylone paucis post diebus Ale-
xander est mortuus.* Idem Att: l. 9. *Lentulum
nostrum scis Puteolis esse.* Idem ad Att. lib: 16. *Ma-
lo cum timore domi esse, quàm sine timore Athe-
nis tuis.*

*Insula seu Regio, Prævincia, cuncta locorum
Nemi-*

Nomina prepositas gaudent adungere voces

4. Nomina Insularum, Regionum, Provincia-
rum, cæterorum denique locorum ablativum cum
præpositione In, ferè desiderant. Cic: ad Att: lib: 9.
*Promitto tibi si valebit, illum tegulam nullam
in Italia relicturum.*

APPENDIX pro Med: Cl.

1. Dativo ruri, vel ablativo rure utimur, cum
hujus est loci. Plaut. Bacch. *Si illi sunt virgæ
ruri, at mihi tergum domi est.* Liv: lib: 4. Dec: 4.
*Morientem rure, eo ipsa die sepeliri se jussisse
ferunt.* Nonnunquam additur adjectivum. Horat:
Epist: Interdum nugaris rure paterno.

2. Genitivus domi illa lex tantum adjetiva
admittit. Nam cum aliis in ablativo cum præpo-
sitione In ponitur. Ovid: *Sustinet in vidua tri-
stia signa domo.* Quod idem interdum fit cum illis
pronominibus. Plin ad Cat: l. 3. *Ille in domo
mea sæpe convaleuit.* Cum substantivis autem
utroque modo copulatur. Cic: ad Att: lib: 1. *Clodius
deprebensus domi Cesaris.* Idem eidem l. 2. *Cum
in domo Cesaris quondam unus vir fuerit, &c.*

3. Errant, qui putant nomina tertiæ declinatio-
nis dativò esse ferri; nam Tibur, Anxur, apud ve-
teres, e, & i, literis, ablativum habuisse videntur;
legimus enim utroque modo. Cic: ad Att: l. 10. *Nunc
demum rescribo iis literis, quas mihi misisti, con-
ventò Antonio Tiburi.* Liv: Bel: Pun: lib: 10.
Tibure haud ita multò ante mortuus.

APPENDIX II: Generis pro Sup: Cl.

Quidam dubitant, dicendumne sit: *Marcellus
natus*

natus est Roma nobilis urbis; an nobili urbe?
Cic: pro Att: posteriore modo loquitur: *Natus est*
(inquit) *Antiochia loco nobili, & celebri quon-*
dam urbe Idem præpositionem interposuit, Pro
Rab: *Neapoli in celeberrimo oppido.* Idem Phi-
lip: 4. *Alba, in urbe opportuna.* Plin: lib: 2. fere
ablativò utitur, præpositione præposita. *In Nea,*
oppido Troadis.

PRÆCEP. II. De motu ad locum. P. Med: Cl:
Quæstio si fiat per quò? responsa dabuntur
In quarto; Quò vadis? Eo Romam Hispal,
Athenas.

Brundisium? Rus, atq; domum, ceu propria, reddes.

Si per adverbium *Quò* fiat interrogatio, (vide-
licet cum motus ad locum significatur,) propria
urbium & pagorum, accusativò sine præpositione
fferuntur, cujuscunque sint declinationis ac nu-
meri: quibus adduntur illa duo: *rus, domus.* Cic:
ad Att: lib 14. *Epistolas Catanam, Taurunium,*
Syracusas commodius mittere poterò. Ter: Heaut:
Domum revertor mæstus. Idem Eun: *Rus ibo,*
Cic: pro Arch: *Eum domum suam receperunt.*
Cur: lib: 7. *Qui remissi domos erant.*

2. Nomina tamen Insularum, Regionum, Pro-
vinciarum, &c. Accusativum cum præpositione *In,*
fere desiderant. Cic: de Som: Scip: *Cùm in Afri-*
cam venissem.

PRÆCEPTUM III. De motu ex loco, & per
locum. Pro Med: Cl.

Responde in sexto, si Quis, sive Unde? rogaris.
Unde venis Corydon, & quò tibi ducis eundem?

Rure, domò, Delphis, Epheso, Carthagine, Româ.
SI per Unde, vel Quo, fiat interrogatio, (hoc est, si motus de loco, aut per locum significatur,) in propriis urbium & pagorum, ablativò utemur sine præpositione: quibus adjungenda illa duo: rus & a mus. Cic: ad Att: l. 5. *Accepi Roma sine tua epistola, fasciculum literarum* Ter: Eun: *Video rure redeuntem senem.* Cic: ad Att: l. 5. *Iter Laodicâ faciebam, cum has literas dabam in castra.* Idem ad Att: l. 5. *Adest legatus domò missus.*
 Insula seu R gio, Provincia, cuncta locorum Nomina, præpositas gaudent adjungere partes.

1. Nomina Insularum, Regionum, Provinciarum, cæterorum denique locorum, præpositionem Ex, si motus de loco significetur; sin autem per locum, præpositionem Per, fere desiderant. Cic: in Ver: lib: 4. *Ex Sicilia in Africam gradus imperii factus est Romanis.* Liv: lib: 1. Dec: 3. *Dum ipse terrestri per Hetruriam, Galliasque itinere Italiam peteret.*

APPENDIX I. Gen: pro Sup: Cl.

1. Propria urbium & oppidorum, sæpè præpositionem recipiunt: maxime si motus de loco, aut ad locum significetur. Cic: ad Att: lib: 9. *A Brundusio nulla adhuc fama venerat.* Idem de senect: *Adolescentulus miles profectus sum ad Capuam.* Liv: 7. Bel. Pun: *Legatû Romani à Carthagine in Hispaniam trajecerunt.* Et alibi sæpissimè. Neque solùm adhibetur præpositio Ad, cum propinquitas ad significetur; alioqui non dixisset Cicero pro Plant. *Brundisium veni, vel potius*

ad mœnia. Satis enim dixisset: *Ad Brundisium veni.* Tyrones tamen Grammaticorum regulam sequantur.

2. Propriis Regionum & Insularum interdum demitur præpositio, præcipue à Pœtis & Historicis. Virg: *Æneid: 3. Ibitis Italiam, portusque intrare licebit.* Liv: lib: 4. Dec: 4. *Navigare Cyprum pergit.*

Cætera nomina propria Regionum, aut viarum, itemque appellativa quædam, sine præpositione eleganter efferuntur, quæ alioquin accusativo cum præpositione per, efferenda essent. Cic: Phil: 10. *Nunc totâ Asiâ vagatur, volitat ut Rex.* Idem ad Qu. Fr. lib: 10. *Ita se gerant in illis Asiaticis itineribus: ut si it. r. Appiâ viâ facerent.* In Ver: *Multa mihi à C. Verre insidia terrâ, magisque facta sunt.*

PRÆCEPT. IV. De Dat. com. pro Med. Cl.

Omnia persona superaddere verba dativum, Commoda cujus erunt, Incommoda, gratia, possunt; Ut: Tibi aras, seris, & metis, & tibi condis eidem.

Quodvis verbum admittit dativum ejus personæ, cujus gratiâ, commodò, vel incommodo aliquid fit. Plaut: Merc: *Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis.* Cic: ad Att: lib: 2. *Libros tuos nobis conserva.* Lib: 2. ab urb: *Magno illi eacundatio stetit.*

PRÆCEPT. V. De Accusativo vel Ablativo communi temporis P. M. C.

Quandiam amat quartum, vel sextum; ut: Quatuor

ANNO

Eger

Ager avus podagrâ jacuit; vel quatuor annis.

TEmpus ablativô, vel accusativô casu effertur, si per Quamdiu fiat interrogatio. Liv: lib: 1. *Romulus septem & triginta regnavit annos.* Plin: lib: 7. *Masimiffam sexaginta annis regnâsse indubitatum est.*

Ad Quando, sextus tantum respondet ubique;

Ut: Quando fient comitia? Mense Decembri.

2. Sin verò per quando fiat, ablativô utimur, ut: *Quando datum est tibi hoc negotium? hesternô die.* Spatium temporis quidam appellant. Cic: de Harusp: *Negotium Magistratibus datum est annô superiore.*

SCHOLION pro Med: Cl.

1. Ablativus interdum intra significat, ut: *Paucis diebus, bidual, tridual, pro intra paucos dies, intra bidual, intra tridual.* Cic: pro Mil: *Clo-dius respondit tridual illum, ad summum quatri-dual periturum.*

2. Si per quamdiu fiat interrogatio, frequentius utimur accusativô, quàm ablativô; quippe cum spatium temporis, sive tempus continuatum significatur. Cic: lib: 4. in Verr: *Provinciam trienni-um obtinuit.* Idem ad Catil lib: 1. *Bidualm Lao-dicea fuisti, &c.*

PRÆCEPT. VI. de Accusativo, vel Ablativo communi spatii. pro Med Cl.

Vult quartum sextumve loci distantia casum;

Ut: Stadium distant, vel centum passibus hostes.

Cuivis verbo apponi potest accusativus, qui distantiam loci significet. Cic: ad Ter: lib: 16.

Is locus est circa Leucadem stadia viginti. Idem pro Roscio Edixit, ut ab urbe abessent millia passuum ducenta. Idem ad Att: lib: 3. Cubitum nullum assiduò cursu processit, Liv: lib: 7. Bel: Mac: Mille ducentos passus ibi latitudo patet.

2. Interdum ablativò scriptores utuntur. Cæs: Bel: Gal: l. 1. *Eo die castra promovit, & millibus passuum sex à Caesaris castris sub monte consedit.* Idem ibidem: *Ab exploratoribus certior factus est, Ariovisti copias à nostris, millibus passuum quatuor & viginti abesse.*

3. Frequentius tamen accusativò videtur efferri spatium loci, quàm ablativo. Cic: lib: 6. in Verr: *Neque ab argento digitum discedere.* Idem pro Dejot. *Negat à te pedem se discessisse.*

4. Ipsum quoque spatii nomen, in utroque casu adhibetur. Curt. lib: 5. *Ædificia ferè spatium unius iugeris absunt* Col. lib: 11. cap: 3. *Sulcè lyrarum inter se distant semipedali spatìò.*

APPENDIX II. Generis pro Sup: Cl.

Cum dicimus, *abesse bidui, tridui, quadridui, iter, aut via* intelligitur. Cic: ad Att: lib: 5. *Cum in castra proficiscerer, à quibus aberam bidui.* Sæpe iter, aut via exprimitur. Idem Catil: *Aberam ab Animo iter unius diei.* Cæs: de Bel: Gal: l. 1. *Cum bibui vlam processiffem.*

PRÆCEP. VII. De ablativo absoluto. P.M.Cl. *Sextus adharescit verbo cuiuscunque solutus, Ut: Rex egreditur, procerum stipante catervâ.*

Quibuslibet verbis addi potest ablativus absolutè positus. Cic: ad Att: lib: 6. *Quæ auctore*

te velle capti, adiutore assequar. Idem ad eund:
1, 14. *Scripti hæc ad te, apposita secundâ mensâ.*

2. Verumtamen cum aut nomen, aut participium ab aliquo verbo pendet: cum eo consentire transitive vel intransitive solet, & ablativo absoluto tunc locus non est. Cic: de Orat: lib: 1. *Cum Proconsul in Ciliciam proficiscens, Athenas venissem.* Ibidem: *Cogitanti mihi sæpenumero, ac memoriam veterum repetenti, perbeati fuisse illi videri solent.*

APPENDIX II. Generis pro Sup: Cl.

1. Aliquando absolutè ponitur participium præteriti temporis, sine nomine. Liv: Bel: Mac: lib: 1. *Inde in fluvium est progressus, nondum comperto, quam regionem hostes petissent.*

2. Nonnunquam nomen tantum. Tac: lib: 12. *Juxta periculosi, ficta seu vera promeret, monuit Liviam, hoc est, cum aquæ periculosum esset.*

3. Interdum etiam præsentis temporis participium cum nomine. Cic: pro Sest. *Et spirante etiam Republica, ad ejus spolia detrahenda advolaverunt.*

4. Interdum ablativus, & nominativus verbi, ejusdem sunt personæ. Cic: ad Tir: lib: 16. *Non potes effugere hujus culpæ pœnam, te patrono.* Hor: lib: 1. Ode 2. *Neu sinas Medos equitare inultos, te Duce Cæsar.* Juven: Sat: 13. *Prima hæc est ultio, quod se judice, nemo volens absolvitur.*

PRÆCEPTUM VIII. De Ablativo instrumenti, causæ, modi, actionis P.M. Cl.

*Sive instrumenti, seu cause, adjungere sextum,
Sive modi, quò aliquid fiat, verba omnia possunt,
Ut: Gladio, equò animò occumbam, virtutis
amore.*

Quævis verba ablativum admittunt significantem
Instrumentum. Ter: Adel: *Hiscè oculis ego-
met vidi.* Aut causam, propter quam aliquid fit.
Ad Qu. Fr: lib: 2. *Vestrà culpā hæc acciderunt.*
Aut modum, quò aliquid fit. Cic: pro Mil: *Quo-
nam modò id factum feret civitas?* Idem de Se-
nec: *Sapientissimus quisquè equissimò animo mo-
ratur: stultissimus iniquissimò.*

*Cum, solet interdum gradui modus addere sexto.
Ut: Cum febre domum rediit, laterisq; dolore.*

2. Modus actionis præpositionem cum, quæ co-
mes dicitur, sæpè admittit. Cic: pro Cluen. *Sem-
per magno cum metu dicere incipio.* Idem de
Offic: lib: 1. *Ira procul absit, cum qua nihil rectè
fieri, nihil consideratè potest.* Idem de Orat: l. 3.
Cum febrè domum rediit.

APPENDIX pro Med: Cl.

1. Ad causam, propter quam, pertinent hæc, &
his similia: *Ardere iracundiã, dolore, irã, stu-
diũ, desiderio alicujus rei flagrare, & inflam-
mari cupiditate, amore, &c.* Ter: Adel: *Me
miserum! vix sum compos animi; ita ardeo ira-
cundiã.* Hæc etiam fortasse: *Lætor, gaudeo, de-
lector, oblector, ac cætera hujusmodi, de quibus
suprà egimus, in constructione verbi neutrius, quin-
to Ordine.*

2. Modum actionis cognoscimus interrogatione
Quo-

Quo modo? ut: *Quomodo tulit injuriam? equo, iniquo animo.* Cic: pro Flac: *Pacem maritimam summa virtute, atq; increpabili celeritate confecit.*

APPENDIX II. pro Sup: Cl.

1. Ablativus instrumenti in accusativum cum præpositione per non ineleganter migrat. Cæs: lib: 15. cap: 14. *Dixi de his vulneribus, quæ maxime per tela inferuntur.*

2. Ablativus causæ, etiam præpositiones *A, vel Ab, Cum, De, Ex, Præ, Pro,* nonnunquam admittit. Ter: in Hecyr: *Facientes hostes à vercaundia.* Cic: ad Qu. Fr. lib: 1. *Certò scio, te fecisse eum causa.* Idem pro Sex: *Nationes, quibus Senatus de me gratias egit.* Pro Plan: *Nec loqui præ mœrore potuit.* Sal: Jug: *Timido, & ex conscientia sua diffidenti.* Cic: 2. de Orat: *Proquæ eo, quod ejus nomen erat, magna apud omnes gloria, invitatus esset, &c.*

PRÆCEPTUM IX. de Ablativo excessûs

Pro Med: Cl:

Excessûs, pretiivè adhibent verba omniû sexium. (ma:

Ut: licet exsuperent animo, stat sanguine pal-

Cuivis verbo adjungi potest ablativus rei, quæ excessus significatur. Cic: de clar. Orat: P. *Scipio omnes sale, facetiisq; superabat.* Id de Orat: l. 1. *Lepore & humanitate omnibus præstitit Socrates.*

PRÆCEPTUM X. de Ablativo pretii.

Pro Med: Cl

Quælibet verba ablativum admittunt, significati-
tem pretium, ut: *Senatus tritici modium*

68 *Capit VIII. de com: verb:*
tribus denariis aestimavit. Cic. in Ver: lib: 5.
Excogitare non poterat, quemadmodum pluri-
mò venderet. Ter: Eun: Ut te redimas captum,
quàm queas minimò. Idem Andr: Vix drachmis
obsonatus est decem. Ibidem Obolò: ferre piscicu-
los in coenam seni. Cic: in Verr: l. 5. Doceas oportet,
aliquo in loco Siciliae, Praetore Verre, ternis de-
nariis tritici modium fuisse. Liv: Bel: Pun: lib:
3. Multorum sanguine, & vulneribus, & pœ-
nis victoria stetit. Var: lib: 2. Piscinae edifican-
tur magnò. Horat: l. 1. Satyr: 2. Quæ virtus,
quantive boni sit vivere parvo! Cic: Phil 2.
Jam invideo magistro tuo, qui te tanta mercede
nihil sapere docuit. Idem pro Cæl. Cujus in aedibus
habitet decem millibus. Item ad Att: lib: 13. Dimi-
dio minoris constabit.

EXCEPTIO pro Med: Cl.

Quanticunq; tamen, tantidem à lege recedunt,
Et pluris, tanti, quanti, quibus adde minoris.

1. His tamen genitivis exceptis: *Tanti, tantidem, quanti, quanticunque, pluris, minoris,* de quibus aliquid supra dictum est ad secundum activorum ordinem. Plinius l. 17. in proem: *Domitius graviter increpuit, tanti censorem habitare.* Cic: in Verrem lib: 5. *Ubi tantidem frumentum emeret, quanti domi vendidisset.*

2. *Quanticunque, & quantiquanti geminatum,* idem valent. Juven: Sat: 6. *Quanticunque domus constet.* Cic: ad Att: 2. *Sed quantiquanti, bene emittur, quod necesse est.* Idem ad Att: Epist: 12. *Ambulatiuncula propè dimidio minoris constabit.*

3. *Majoris* nusquam arbitror esse, pro quo classici scriptores *pluris* utuntur. Colum. lib: 1. cap: 4. *Pluris adificamus frequentius.*

APPENDIX pro Med. Cl.

1. Hæc eadem in ablativum transeunt, si adduntur substantiva. Livius lib: 2. bel: Pun. *Quum pretio minore redimendi captivos copia fieret.*

2. Quidam *pluri pretio*, audent sine veterum testimonio dicere: malim dicere *majori pretio*, aut *carius*. Liv: bel. Pun. *Nec majori pretio redimi possumus, &c.* Cicero pro Dom. *Emit domum prope dimidio carius, quam aestimabat.*

3. Adverbia: *carè, carissimè, benè, melius, optime, gratis, malè, pejus, vilius, vilissime*, cum verbis emendi vendendique junguntur. Cicero Ter: *Sit argumento, gratis tibi constare navem.* Col: lib: 12 cap: 3. *Hoc vilissime constat.*

4. *Vili, & carè* (*carè* enim vix reperies,) substantivis non junguntur. Plaut: Epid: *Quanti eam emit? vili.* Varr: de re Rust: c. 4. *Quæ pingues, veneunt carè.* Quint: decl: 12. *Non potest hic comatus tam carè emi.* Cic: ad Brut: *Valde carè aestimat tot annos, &c.*

5. *Magnò, permagnò, parvo, paulo, minimo, modico, plurimo, &* si quæ præterea sunt, sæpe sine substantivis reperiuntur. Varr: de re Rust: lib: 3. cap: 9. *Veneunt propter pecuniam magnò.* Cic. lib: 5. in Verr: *At permagnò decimas ejus agri vendidisti.* Plin: 12. cap: 39. *Tantò nobis deliciae constant.*

6. Interdum adduntur substantiva, præsertim

70 *Caput IX, de Constructione,*
apud Pœtas & Historicos: Mart; 1, 6, *Parvò cum*
pretio diu liceret,

V. Verbum Valeo cum ad pretium refertur, serè
ablativum, rarò accusativum amat, Plinius lib: 31.
cap: 3. *Ut scrupulum valeret sestertiis vicenis.*
Var: de Ling: Lat: lib: 4. *Denarii, quodd denos*
eris valebant, quinarum quodd quinos. Interdum
admittit genitivos, *tanti, quanti, pluris, mini-*
mi, &c. Plin: lib: 15. tit: 2. de lege Aquil: Sed
quanti omnibus valet. Idem. 2. sent: tit: 17. *Quin-*
to minoris valuissent. Ulpian: 19. tit: 1. ff: de adhi-
onibus empt: *Quantò pluris hereditas valeret.*

8. Huc etiam spectat Sum pro Valeo, Cic: 5. Ver:
Cum in Sicilia sestertiis binis tritici modius es-
set, ad summum sestertiis dens. Id: 6. Verr: *Fuit*
tanti mihi crede, Plaut: Bac: Tanti est, quanti est
fungus putridus. Accusativum tamen serè respuit.

ADMONITIO pro Med: Cl,

De casibus, qui beneficiò præpositionum com-
munes sunt omnium verborum, dicemus, cum de
præpositionibus præcipiemus.

DE CONSTRUCTIONE

VERBI INFINITI pro Media Cl. Grammat,

CAPUT IX.

PRÆCEPTUM I, pro Med: Cl.

Verbi Infiniti capitis moderamina sunt,
Unde sua primum traxere propaginis ortum.

Verba infinita eisdem post se casus postulant,
quos finita, Cic: Tir: lib 16. *Malo te paulò,*
post valentem, quam statim imbecillens videre.
Idem ad Qu. Fr: lib: 3. *Quòd scribis, te à Cesare*

quotidie plus diligere, immortaliter gaudeo. Idem ad Att: lib: 7. *Vellem, te in principio audivisse amicissime me admonentem.*

APPENDIX pro Med: Cl.

1. Præteritum perfectum passivum, & plus quam perfectum quorumvis verborum supplentur ex infinito esse vel fuisse, & participio præteriti temporis verbi occurrentis, mutatis numeris & generibus, pro re, de qua agitur. Cic: Phil: 2. *Publium Clodium meo consilio interfectum esse dixisti.* Idem pro Clu. *Injuriam hujus familiae factam esse dixisti.*

2. Verbum esse interdum omittitur. Idem pro Mil: *Negant intueri lucem fas esse ei, qui a se hominem occisum fateatur,*

Futurum infinitum Activum.

PRÆCEPTUM II. pro Media Cl.

In numero genus omne sibi, Fore jungit, utroque.

Fore futurum infinitum verbi sum, tantum est in usu, jungiturque cum omnibus generibus & utroque numero. Cic. ad Lent: 1. 2. *Vebementer confidit, bis literis se apud te gratiosum fore.* Id: ad eund: c. 7. *Spero, nobis hanc conjunctionem voluptati fore.* Idem ad eund: l. 7. *Dionysio; cum existimabam vagos nos fore, nolui molestus esse.*

2. Cætera, quibus prisci usi sunt, jam exoleverunt, pro quibus infinito Esse vel Fuisse, (prout oratio postulat,) & participio in Rus utimur. Cic: ad Att: lib. 6. *Illum cum futurum esse puto, qui esse debet.* Idem Phil: 8. *Dixit, alteram sententiam se dicturum fuisse.* Id: Verr: l. 3. *Non molestè fero, me laboris mei, vos virtutis vestræ, fructum esse laturos.*

3. In qua periphrasi Infinitum Esse frequenter desideratur. Cic: ad Att: 1. 3. *Ego bellum foedissimum futurum puto.* Idem ad Terent: 1: 14. *Celerius opinione venturus dicitur.* Idem ad Att: lib: 1. *Vix spero, hunc mihi veniam daturum.* Idem App: lib: 1. *Scribit, meas literas maximum apud te pondus habituras.*

APPENDIX II. Generis pro Sup: Cl.

1. Fuit priscis temporibus futurum Infiniti modi, in omnibus verbis, Rum syllabâ finitum, quod omnibus generibus & utriusque numero non f. cus. ac fore, accommodabatur. C. Grachus. *Credo ego, inimicos meos hoc dicturum.* Valerius. *Aruspices dixerunt, omnia ex sententia processurum* Cic: lib: 5. Verr. *Hanc sibi rem sperant praesidio futurum.* Ita enim legendum, non futuram. Vide Com: Aull: Sell: lib: 1. cap: 7.

2. Fuit & aliud futurum commune priscis usitatum, sere syllabâ terminatum. Plaut: Stich: *Habeo bonum animum, nam illum confido demum in bis diebus me reconciliassere.* Idem in Mil: *Heracle, credo te facile impetrassere, pro impetraturum, reconciliaturum.*

3. Itaque Fore nunc tantum usitatum est, quod non raro etiam cum participiis in Rus jungitur, rarius in Tus & in Dus. Cic: ad Attic: lib: 5. *Deinde ausis, te ad me fore venturum.* Idem Brut: lib: 11. *Quos spero brevi tempore societate victorie copulatos fore.* Idem App: lib: 3. *Quasi divinarem, fore mihi aliquando expetendum studium suum.*

Futu-

Futurum Infinitum Passivum.

PRÆCEPTUM III. pro Med: Cl.

1. Futurum passivum ex infinito Iri & voce simili supino in Um constat, ut: *Amatum iri, doctum iri*, omnibusque generibus, atque utriusque numero attribuitur. Cic: ad Attic: lib: 1. *Pompejus affirmat, non esse periculum, adjurat; addit etiam se prius occisum iri ab eo, quam me violatum iri.* Quin: lib: 9, cap: 2. *Reus parricidii damnatum iri videbitur.*

2. In verbis Deponentibus pro hoc infinito, utimur participiō in Rus; neque enim dicitur, auxiliatum iri, sed auxiliaturum, & cætera eodem modo.

Ratio, supplendi Futurum Infinitum, præsertim, cum verba supinīs carent.

PRÆCEPTUM IV. pro Med: Cl.

1. Fore ut, futurum ut, cum verbis spero, puto, affirmo, suspicor, video, & his similibus juncta eleganter futurum infinitum, tum agendi, tum patiendi modo supplent; etiamsi alioquin verba supinīs non careant, Cic: ad Attic. lib: 10. *Nunquam putavi fore, ut ad te suplex venirem.* Idem Lent: lib: 1. *Valde suspicor fore, ut infringatur bonum improbitas.*

2. Hac tamen circuitione subvenitur verbis potissimum, quæ supinīs carent. Cic: Tusc: lib: 1. *Spero fore, ut contingat id nobis.* Sen. l. 1. Com: *Nunquam putavi futurum, ut Pater meus liberos odisset.* Eodem modo dicemus: *Credo fore, ut studeas, ediscas, angaris, &c.*

PRÆCEPTUM VI. pro Med: Cl.

*Debeo, cum soleo, cupio, infinita præire,
Verba solent, & plura quibus fit nota voluntas.*

Verbis Cœpi, Soleo, Debeo, Cupio, adduntur infinita, multisquè aliis, maximè iis, quibus voluntas explicari solet. Cicero pro Rosc: com: *Qui mentiri solet, pejerare consuevit.* Idem Tiron: lib: 16. *Omnes cupimus, ego imprimis, quamprimum te videre.*

APPENDIX pro Med. Cl.

1: At verba Peto, rogo oro, postulo, flagito, svadeo, moneo, hortor, curo, ago, facio, cum compositis, apud Oratores fermè respuunt infinitum: conjunctivum modum desiderant. Ad Tir: l. 16. *Cura, ut valeas.* Ad Att: lib: 7. *Feci igitur atq; effeci omni obsequio, ut neutri illorum quisquam esset me carior.*

2. Svadeo, admonco, puto, curo, censeo, & similia, eleganter etiam cum participiali in Dus junguntur. Cicero pro Arch: *Nisi mihi ab adolescentia persuasissem, nihil esse in vita magno-pere exdetendum.* Ad Attic: lib. 15. *Quàm bonorificentissimum Senatusconsultum faciendum cures.*

3: Futurum Fore maximè his verbis gaudet: Auguror, confido, credo, existimo, puto, audio, video, ominor, suspicor, opinor, affirmo, polliccor, promitto, itemquè cæteris ejusdem generis. Cic: ad Att: lib: 8. *Sin erit bellum, (ut video fore) meæ partes non desiderabuntur.* Idem lib: 16. *Te bucciuatorem fore. existimationis meæ, polliceris.*

4. Accusativi geminatione facta amphibologia solvitur Ablativo, ut: *Milonem audiivi occidisse Clodium*: ambigua est oratio; dubium enim est, uter ab altero fuerit occisus; muta alterum Accusativum in ablativum sic: *A Milone audiivi occisum esse Clodium*: sublata est omnis dubitatio.

PRÆCEPTUM VII. pro Med: Cl.

Solet, incipit, debet, coepit, desinit, potest, si cum infinitis verborum impersonalium ad junguntur, nominativum celant. Cic: de fin: *Quâ præceptrice in tranquillitate vivi potest*. Idem ad Att: lib: 10. *Hic manere diutius non potest*.

SCHOLIUM pro Med: Cl.

1. Sex illa verba: Soleo, incipio, debeo, capi, desino, (quibus alia duo quidam addunt: Queo & Nequeo,) si cum infinitis verborum personalium copulentur, personalia sunt ipsa quoque, casusque proprios, etiam rectos postulant. Cicero de Orat. *Cum essemus ejusmodi, quod vel pueri sentire poteramus*.

Exempla passim tum hujus verbi Possum, tum cæterorum quàm plurima occurrunt. Eadem tamen hæc verba, si cum infinitis impersonalibus jungantur, illorum quoque naturam quodammodo subeunt, fiuntque impersonalia: ut propterea verba famularia, sive servilia dicantur à quibusdam, quòd cæteris verbis tum personalibus, tum impersonalibus servire videantur, dum illorum constructionem sequuntur. Cic: ad Attic: lib: 8. *Solet eum cum aliquid furiosè facit, poenitere*. Justinius

nus 12. *Pigere eum facti coepit.* Cæs: lib: 7.
 Bel: Gal: *Pugnatum ab hostibus ita acriter est,*
ut a viris fortibus pugnari debuit. Senec: Epist:
 40. *Si te pudere desiērit.* Cicero de Arusp: *Cujus*
authoritatis neminem posset pœnitere. Idem Bru-
 to Epist: 23. *Nec vero pœnitere potest Rempubli-*
cam, me pro eo sponondisse.

2. Neque tamen huc pertinet verbum Volo, aut
 ex ipso composita: Malo, Nolo; hæc enim nun-
 quam sunt impersonalia. Cic: pro Lig: *A te igno-*
sci nemini vellem. Curt: lib: 4. *Malo me fortu-*
na pœniteat, quàm victoriæ pudeat. Eodem mo-
 dō dices: *Velim vos negligentia tedeat.* Mal-
 lem hujus te sceleris puderet, & cœtera eodem
 modo.

3. Verbum Incipio, etiam transitivum, sine in-
 finito reperitur. Ter: Heaut. *Neque quod princi-*
pium incipiam ad placandum scio. Liv: lib: 6.
Armato, cum ab neutris pralium incipitur, non
oppressit. Nam & absolutum usurpatur. Virg: l.6.
Æneid: Vix prima inceperat ætas. Fab. lib: 1.
Optime institutum est, ut ab Homero atq; Virgilio
lectio inciperet. Idem lib: 9. *Optime incipitur a*
longis,

4. Cœpi & Desino, cum infinitis passivis, modō
 activa, modō passiva voce usurpantur. Liv: lib: 2.
Plebi injuriæ a primoribus fieri cœpēre Plin:
 lib: 2. *Turres bellicis temporibus desicere fieri.*
 Liv: lib: 3. *Contemni cœpit erant a finitimis*
populis. Cic: in Brut: *Veteres orationes post*
nostras a plerisq; legi sunt desita. Idem lib: 2.

do

de offic: *Desitum est videri quidquam in societ iniquum.*

5. Verba possum, Queo, & Nequeo, passiva voce in tertiis personis, scilicet: potestur, quitur, nequitur, tanquam obsoleta vitanda sunt.

6. Debeo sæpè verbum activum. Plaut: Bacch: *Dusentus Pbilippeos attulimus aureos Epsesò, quos hospes debuit nostro seni.* Cicero pro Syll: *Perfolvi Patria, quod debui: reliqua jam à me mea perpetua natura debentur.* Idem Curioni lib: 2. Epist: 6. *Est animi ingenui, cui multum debeas, eidem plurimum velle debere.* Non rarò idem est neutrum sive absolutum. Cic. lib: 1. ad Lent: Epist: 1. *Non in ea causa auctoritatem minorem habemus, quod tibi debemus.*

At cum infinitis nunquam passivâ voce usurpatur. Nequè enim latinè dices: *Hoc debetur facere, neque hoc debetur fieri; sed hoc debet fieri, vel potius oportet fieri, vel faciendum est.*

APPENDIX II. Gen: pro Sup: Cl.

1. Infinita nonnunquam cum verbis motus, nominibusquè substantivis more Græcorum conjunguntur. Cic in Top: *Sed jam tempus ad id, quod instituimus, accedere.* Cæs. lib: 7. Bel: Gal: *Consilium cepi, omnem à se equitatum noctu dimittere.* Virg. 1. Æneid: *Non nos, aut ferrò Lybicos populare penates Venimus, aut raptas ad littora vertere prædas.* Terent: Heaut: *Vultisne, eamus visere?* Hæc tamen rarò videntur usurpanda.

2. Adduntur & omnibus adjectivis, maximè

apud Poetas; unde sunt illa: Paratus respondere, cantare, certare, vincere; peritus certare, audax perpeti, timidus mori, & cætera id genus.

3. Paratus, dignus, etiam ab Oratoribus cum infinito copulantur. Cic: pro Quint: *Et si qua in re id, quod parati sunt facere falsum erivem, &c.* Idem Cat: lib: 5. *Mitto, quod invidiam, quod pericula, &c. si per me licuisset, subire paratissimus fuerit.* Virg: Eclog: *Et erat tum dignus amari.*

4. Adjectivis neutris eleganter adhærent infinita, ut: *Æquum ladabile, piumpque est miseris opem ferre.* Cic: ad Att: lib: 3. *Pro Patria & in patria mori, præclarum est.*

DE CONSTRUCTIONE

GERUNDIORUM

CAPUT X.

PRÆCEPTUM I. pro Med: Cl.

*Omnia fontis amant activa gerundia casus:
Ut tempus cobibendi iras, & pace fruendi.*

Gerundia, quæ passionem non significant, casuum suorum verborum admittunt: ut *Tempus obliviscendi injuriam, ignoscendi inimicis, edercendi cupiditates, abstinendi maledictis.*

Gerundia in Di PRÆCEPT: II. pro Med: Cl.

Di finita jube comitare gerundia nomen.

*Gignendi casu gaudens; ut: copia fandi,
Gnarus aduianai, cupidus, studiosus habendi.*

Gerundiis in di adduntur substantiva: tempus, causa, studium, hñis, & cætera ejusdem generis.

neris. Cic: de fin: *Equidem efferor studio, Patres vestros, quos colui & diligere, videndi.* Idem ad Att: lib: 3. *Sit jam aut finis omnino deplorandi, aut moderatio.*

2. Item nonnulla adjectiva; ut: *peritus, imperitus, cupidus, insuetus navigandi, ignarus docendi.* Cic: de Orat: lib: 2. *Sum cupidus te audiendi.*

APPENDIX II. Gen: pro Med: Cl.

Interdum ex numero Patrium voluere secundo.

Gerundia in Di, interdum genitivum multitudinis pro Accusativo admittunt. Cic: de div: lib: 1. *Doleo, tantam stultitiam nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse.* Plaut. *Nominandi tibi istorum erit magis, quam ascendendi copia.*

GERUNDIUM in Dum.

PRÆCEPTUM III. pro Med: Cl.

Inter, Ad, Ob, verbis in Dum sociantur, & Ante, Et propter Circa; ut: sonipes ferus ante domandum.

Gerundiis in Dum, præponuntur præpositiones: Ad, Ob, Inter. Cic: Tusc: l. 3. *Conturbatus animus, non est aptus ad exequendum munus suum.* Idem in Verr: l. 2. *Quantò illud flagitiosius, improbius, iniquius: cum, à quo pecuniam ob absolvendum accepisti, condemnare?* Liv: ab urb: 2. *Ipse inter spoliatum corpus bestis veruò percussus, inter primam curationem exspiravit.*

2. Præponuntur & ante, circa, & propter sed rarius, & tere apud Poetas. Virg: Georg: 3. *Namq; ante domandum iugentes tollunt animos.*

APPENDIX pro Med: Cl.

1. Præpositio Ad cum gerundio in Dum frequenter sequitur verba motûs. Cic: de Orat: Nunc contra pleriq; ad bures adipiscendos, & Republicam gerendam nudi veniant, atq; vermes.
Liv: 1. ab urb: Mittunt ad oppugnandum castra.

2. Item adjectiva Facilis, difficilis, parvus, promptus, expeditus, idoneus, aptus, segnis, vehementis, & horum similia. Cic: l. 1. de fin: Neg; me segnior em ad respondendum reddidisti. Idem pro lege Man: Hic locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus.

GERUNDIA in Do.

PRÆCEPTUM IV. pro Med: Cl.

Do finita solent partes aliquando præire,
Quæ sextum aut ceunt, modo nulla; ut fessus
orando.

Gerundia in do modo sine præpositione in oratione adhibentur. Cic: ad Att: lib: 13. Plorando defessus sum. Modo præpositiones, maxime A, Ab, De, In, assumunt. Idem Tusc: l. 3. Ab iuvando autem rectè invidentia dici potest. Idem Curiat: lib: 2. Etenim quis est tam in scribendo impiger, quam ego? Idem Att: lib. 9. Tu quid cogites de transeundo in Epirum, scire sane velim.

2. Nonnunquam E, vel Ex, Cum, Pro. Plaut: Aul: Heus, seu ex, pro vapulando berclè ab te mercedem petam. Qu: lib. 1. cap: 4. Scribendæ ratio conjuncta cum loquendo est.

APPENDIX II. Gen: pro Sup: Cl.

1. Gerundia in Do & Dum, quibus præposito

adjuncta est, rarò sequitur casus. Var: de re rust: lib: 3. cap: 9. *In supponendo uva observant, ut numero sint imparia.* Qui eleganter loqui uolet, Ciceronem imitabitur, qui hoc loquendi genere serè abstinet.

2. Gerundia in Do etiam cum uerbis motùs coniunguntur. Cicero de Clar: Orat: *Idem traducti à disputando ad dicendum.* Ter: Adelph: *Id non fieri ex uera uita, &c. Sed ex assentando, indulgendo, largiendo.*

3. Gerundia in Do dandi casu actiue significationis rarò reperiuntur. Plaut. Ep. *Epidicum quaerendo, operam dabo.*

DE GERUNDIIS PASSIUIS.

PRÆCEPTUM V. pro Med: Cl.

Oderunt omnes passiva Gerundia casus.

Gerundia, quæ passionem significant, nullum post se casum admittunt. Quint: *Memoria excellendo, sicut alia omnia augetur.* Plin: lib: 34. cap: 15. *Rubens ferrum non est babilie tundendo.* Idem lib. 31. cap: 6. *Bituminata, aut nitrosa utilis est bibendo* Salust: Jugurt: *Pauca supra repetam; quò ad cognoscendum omnia illustria, magis, magisq; in aperto sint.*

DE RATIONE

Variandi Gerundia, siue de Gerundiuis.

PRÆCEPTUM VI. pro Media Cl.

Quæ quarto gaudent, uelut adiectiua ligantur; Dum genus, & numerus quarti, casusq; gerundi permanent: Ut homo pacem studiosus alienæ. Sic variatur: Homo pacis studiosus alienæ.

Gerun-

Gerundia, quæ accusativò casu gaudent, serè elegantius more adjectivorum ad hunc modum efferuntur. Pompejus studiosus fuit Rempubl. defendendi, civesq; servandi; Pompejus studiosus fuit Rempubl. defendenda, civiumq; servandorum. Ita, ut gerundii casus maneat, servato tamen genere, ac numero accusativi; quæ gerundiva dicuntur à quibusdam. Cicero Phil: 4. *Princeps vestrae libertatis defendenda semper fui.* Idem Cur: 2. *Hoc quidquid attingi, non feci inflammari tui causa, sed testificandi amoris mei.* Livius ab urb: 2. *Interjectò deinde baud magnò spatìò, quod vulneribus curandis, suppiendoq; exercitui satis esset.* Cicero App: 3. *Animam tuam promptum & alacrem perspexi ad defendendam Rempubl.* Idem Treb: lib: 13. *Omne desiderium literis mittendis accipiendisq; leniam.* Livius ab urb 7. *Prælia de occupando ponte crebra erant,*

Participiale Verbum in Dum.

PRÆCEPTUM VII. pro Med: Cl.

Participiale petit, verbò Est comitante, Dativum

Communem, & casum verbi fuit unde propago:
Ut: vincendum est nobis hystem, aut morte cadendum.

Verbum participiale in Dum, accedente verbò substantivo, dativum postulat omnibus verbis communem. Livius Bel: Pun: *Mic vobis vincendum aut moriendum, mihi est.*

2. Præter dativum communem etiam casum sui

34 *Caput XI. de Constructione.*
fui verbi admittit. Cic: 2. Tusc: Tuò tibi iudicio
est utendum. Tibi, casus est communis. Tuò ju-
dicio, proprius est verbi.

APPENDIX I. Gen: pro Med: Cl.

*Activa quam vocis erit gradus ordine quartus:
Participiale licet passivè invertere verbum.
Æternas nobis pœnas in morte timendum.
Sunt pœnae æternæ nobis in morte timeudæ.*

Si tamen casus verbi fuerit accusativus, muta-
bitur participiale activum in passivum hoc modo:
*Petendum est tibi pacem, petendæ est tibi pax.
Timendum est vobis pœnas æternas; timendæ
sunt vobis pœnae æternæ.*

APPENDIX II. Gen: pro S. Cl.

Prisci etiam activo usi sunt cum accusativo
Lucr: *Æternas quoniam pœnas in morte timen-
dum.* Veteres imitatus est Virg: 11. *Alia arva
Latinis querenda, aut pacem Trojano à Rege
petendum.* Id, quod vix etiam in carmine videtur
imitandum.

DE SUPINIS

CAPUT XI.

SUPINA in UM.

PRÆCEPTUM I. pro Med: Cl. Gramm:

*Primo supina præsit nullus, post addere patrum
Casus cuncta solent, & motus verba sequuntur;
Ut: vado invisum prisca Capitulia Romæ.*

Supina in UM amant verba, quæ motum adsi-
gnificant. Ter: Phorm: *Percentatum ibo.*
Idem Heaut: *Abi deambulatum.* Liv: ab urb: 1.

Coriolanus damnatus absens, in Volscos exulatum abiit.

2. Ante se nullum, post se suorum verborum casus habent. Cæli: *Legatos ad Casarem mittunt rogatum auxilium.* Ter: Phorm: *Me ultro accusatum aventi.*

SUPINA in U.

PRÆCEPTUM II. pro Med: Cl.

Mobilibus siue casu barent extrema supina; Suntq; eadem passiva ferè; ut: mirabile dictu.

Supina in U, ferè passivæ significationis sunt sine casu, adhærentque nominibus adjectivis. Cic: Att: 7. *Quod optimum factu videbitur, facies.* Idem Phil: 4. *O! rem non modo visu factam, sed etiam auditu!*

APPENDIX II. pro Supr: Cl:

Videntur interdum significare actionem, & verbis etiam adherere. Plaut. Mæn. *Obsonatu redeo.* Cato de re rust: cap: 5. *Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat.*

DE PARTICIPIIS

Pro Media Classe Grammat:

CAPUT XII.

PRÆCEPTUM I.

Quæ casus, & tempus habent, moderamine sumunt (titus.

A verbis, genus unde trahunt; velut orbe po-

Participia eodem casus habent, quos verba, à quibus profiscuntur. Livius ab urb: 1.

Ancus ingenti præda potitus Romam rediit. Cicero in Pis: *Abjectum, contemptum, despectum, à*

oateris, à te ipso desperatum & relictum, adu-
lantem omnes videre te volui, vidi. Cur: 9.
Is Regi cum omnis generis donis, non ipsi modò
ea, sed etiam amicis ejus daturus, occurrit. Cic:
Leot: lib: 1. Totus est nunc ab iis, à quibus tuen-
dus fuerat, derelictus.

APPENDIX pro Med: Cl.

Præteriti passiva etiam, & quæcumq; futuri,
Nomina præcipue jam facta (ut: notus, amandus)
Sunt tero contenta gradu; tria verbò: Perosus,
Exosus, pertasus amant adjungere quartum.

1. Participia passiva præteriti & futuri tempo-
ris, maxime cum sunt nomina, etiam dativò
gaudent. Cic: de Sen: Sperare videor Scipionis
amicitiam & Lalli, notam posteritati fore. At
nisi transeant in nomina, frequentius ablativo ad-
hærent apud Cratores. Pro Milon: Diu vexati
& perditissimis civibus, &c. Idem ad Marc: l. 15.
Non putabam à me scribenda esse publice, &c.

2. Verba deponentia, quæ accusativo jungun-
tur, præter participia significationis activæ, ha-
bent etiam participium in Dus passivæ signifi-
cationis. Ut sequendus, imitandus. Cic: Offic: In
adeundis periculis, ocusvetudo imitanda medi-
corum est. Idem Famil, Etsi egomet, qui te con-
solari cupio, consolandus sum. Interdum etiam,
utendus, potiendus, fruendus, reperiuntur; quòd
olim accusativum admitterent. Ter: Heaut. Quid
illa ætas magis ad hæc utenda idonea est. Cic:
Tuse: 5. Et graviter feras, quòd utendum acce-
peris, redidisse?

3. Exosus, perosus, pertæsus, accusativum possunt. Curt: lib: 7. *Perferum te vestis, & disciplina delectat, patrios mores exosus es.* Liv. ab urb: 3. *Plebs Consulum nomen baud secus, quam Regum perosa erat.* Svet: in Cæs: cap: 7. *Quasi pertæsus ignaviam suam, quod nibil tum a se memorabile actum esset.*

PARTICIPIA FACTA NOMINA.

PRÆCEPTUM II. pro Med: Cl.

Nomina cum sunt, Ans, Eus finita. rogandi
Suscepere gratus, ut: *Amans, patiensq; laboris.*

Participia in Ans, & Eus interrogandi casu gaudent, cum sunt nomina. Ter: Phorm. *Herus liberalis est & fugitans litium.* Cic: ad Att: lib: 9. *Boni cives amantes Patriæ.* Sal. Bel: Cat: *Corpus patiens medicæ, vigiliæ, algoris supra, quam cuiquam credibile est.* Cic: ad Qu: Fr: lib: 1. *Fert graviter homo, & mei amantissimus, & sui dignitatis retinens, se apud te neq; amicitis, neq; jure valuisse*

Temporis exacti patrio quoque digna, Profusus, Expertus consuitus erunt, inviétus habendi.

2. Nonnulla etiam præteriti temporis, ut: Consultus, Doctus, &c. Cic: Phil: 9. *Neq; enim ille magis juris consultus, quam justitiae fuit.* Sal. Bel: Catil: *Alieni appetens, profusus sui.* Liv: Bel: Maced: 10. *Servitutis, indignitatisq; homines expertus adversus usum malum firmatos esse.* Horum quædam liberius à Poëtis & Historicis videntur usurpari.

Præteritum, aut præsens adsignificantis tempus,

Distinctos genere gradus, cum nomina fiant; Sicut ab observans, observantissimus, exit.

3. Participia presentis, præteritique temporis, quando nominum naturam induunt, more eorum comparantur. Cic: Lent: lib: 1. *Utor ad omnia Quinto Cællio, quò neq; prudentiorem quemquam ex tuis, neq; fide majorem esse judico, neq; amantiorem tui.* Idem Tyroni l. 16 *Cum commode, & per valetudinem, & per anni tempus navigare poteris, ad nos amantiorem tui veni.* Idem ad Att: lib: 6. *Nihil illò regno spoliatus, nihil Rege egentius.* Idem in Ver: lib: 5. *Hæc, tu omnium mortalium profligatissime, ac perditissime cum scires, cum tanto periculo tuo fieri poterere, atq; concederes.*

Convenit, aut debet, verbo est comitante, futurum significat; cum classis erat mittenda Corinthum.

4. Participio futuri temporis, additio verbo substantivo, eleganter utimur pro Debere, vel Oportere. Ter: Phœm: *Frater non est expectandus mihi.* Cic: pro Fontejo. *Orandus eris nobis amicus meus Plotinus.*

APPENDIX II. Gen: pro Supr: Cl.

1. Illa: Scitus vadorum, vitius, cretus, falsus animi, Pœrica sunt. Eruditus cum genitivo nondum legi apud idoneos Auctores, sed cum ablativo: quem casum à suo verbo accepit. Cic: in Brut: *Non tam in dicendo admirabiles, quam eruditi & gratis literis, & latinis.* Peritus frequentissime cum genitivo jungitur, quod quidam à Perio prisco verbo deducunt. Idem in eodem 1.

Calli-

Calius juris valde peritus Id: pro Cluent: ablativo usus est. *Quis C. Octavio ingenio prudentior? jure peritior?* Apud eund: & *Cæsarem: Usu peritus.*

2. Hæc tria: *Eruditus, doctus, peritus* interdum præpositionem *Ad* cum accusativo admittunt. Cic: ad *Qu: Fr: 1. Diuturna servitute ad nimiam offentionem erudit.* Ter: *Hecy. In eodem mihi videntur omnes ludo doctæ ad malitiam* Cic: de *Orat: Juris consultus, qui legis & consuetudinibus ad respondendum & cavendum peritus sit.*

3. Genitivum iidem petunt. *Indoctus, imperitus, insuetus*, quæ ex participiis sunt composita. Cic: ad *Att: lib: 1. Tam insuetus contumelia.* Cæs: lib: 7. *Bel: Gal: Insuetus laboris.* Cic: 3. *Verr: Homo omnium rerum imperitus querit, quid sit ad perpendiculum.*

DE CONSTRUCTIONE

NOMINIS.

CAPUT XIII.

De Genitivo post nomen Substantivum.

PRÆCEPTUM I. pro *Med: Cl.*

Si duo continues variarum nomina verum

Fixa: unum patrio dandum est; velut arma gigantum.

Quotiescunque duo nomina substantiva rerum diversarum in oratione continuantur, alterum est genitivi casus. Cicero in *Pis: Supplicium est pars peccati.* Idem ad *Cæl: l. 2. Mirum me confiderium tenet urbis.* Idem de *Amic: Maximus ornamentum amicitiæ tollit, que ex ea tollit recundiam.*

APPENDIX I. pro Med: Cl.

*Mobile fixa imitans, fixa moderamina vocis
Sumit; ut: exiguum lucri, suprema laborum.*

Adjectiva cum substantivis ponuntur, more substantivorum construuntur. Cicero de Sen: *Tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur* Idem in Verr: 1. *Quid auri, quod argenti, quod ornamentorum tu in his urbibus, adibus, delubris fuit, id mihi tu C. Verres eripuisti atq; abstulisti.* Livius ab urb: 1. *Albano non plus animi erat, quam fides.*

De Genitivo, vel Ablativo post nomen
Substantivum.

PRÆCEPTUM II, pro Med: Cl.

*Cum fixa important laudem, aut contraria:
sexum*

*Vel patrium sibi jure solent assumere casum;
Ut: rudis ingenii juvenis, rara indole princeps.*

Substantiva, cum ad laudem, vel vituperationem referuntur, genitivo, vel ablativo gaudent. Cic: ad Marcel: lib: 4. *Neq; munere te audeo, præstanti prudentia virum, neq; confirmare maximi animi hominem, utrumq; fortissimum* Plin: lib. 7. *Cæsaromandorum gentem Ctesias vocat Tauro sive streum, sine voce, stridoris horrendi, hinc corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis.*

De Genitivo post nomen Adjectivum.

PRÆCEPTUM III. pro Med. Cl.

Adjectiva, quibus communitio, copia nobis

Significabuntur, rerumvé scientia, junctis
 Iporum appositis genitivos jungito rectè;

Ut: Certus, largus, prudens, incertus, avarus.

Adjectiva, quæ scientiam, communionem, copi-
 am, & his contraria significant, genitivo jungun-
 tur: Ut: peritus, ignarus, particeps, expertus, ple-
 nus, inanis Cicero in Bruto: Fabius prætor, &
 juris, & literarum, & antiquitatis bene peritus
 fuit. Idem de Orat lib: 1. Antonius omnis eru-
 ditionis expertus, atq; ignarus fuit. Idem de
 fin: lib: 5. Virtutes ita copulatae connexæq; sunt,
 ut omnes unum particeps sint. Ad Papyrium
 l. 9. Stultorum plena sunt omnia. De Orat: l. 1.
 Omnia plena consiliorum, inania verborum, videmus.

2. Item quædam in ax, ius, idus, & osus. Philo-
 sophus tenax relli, nullus culpa conscius, avi-
 dus virtutis, studiosus literarum. Quibus adde:
 Memor, immemor, securus. Qu. lib: 1. cap: 1. Te-
 nacissimi sumus eorum, quæ rudibus annis perce-
 ptimus. Cic: ad C. Antonium lib 2. Cum T.
 Pompejus, homo omnium meorum in te studiorum
 conscius, tui cupidus, nostri amantissimus, ad te
 proficisceretur. &c. Idem Phil: Quid immemor
 beneficiorum, memar patriæ fuisset. Curt: lib: 9.
 Securi casus ejus, qui supervenit ignavis.

DE PARTITIVIS.

PRÆCEPTUM IV. pro Med: Cl.

Partitiva sibi, Numeralia, mobile nomen

Partitiva imitans, patrium pluralis habento.

Ut: nemo vestrum, pauci, minor, optimus, unus.

Partitiva Genitivô multitudinis gaudet. Cic: de

natura Deor: lib: 1. *Elephantō belluarum nulla prudentior.* Idem de senect: *Minus habeo virum, quam vestrum uterq;* Idem ad Qu. Fr: l. 2. *Domus utriusq; nostrum edificatur strenue*

2. Item numeralia nomina. Cur: l. 8. *Octoginta Macedonum interfecerunt.* Idem ibidem. *Nolo singulos vestrum excelsare.*

3. Deniq; quæcunq; adjectiva, quæ partitionem significant, interrogandi casum possunt admittere. Cicero de senect: *Multa etiam istarum arborum mea manu sunt facta.* Livius Bel: Mac: 5. *Macedonum fere omnibus, & quibusdam Anzororum, ut manerent, persuasit.* Cur: lib: 10. *Cum paucis amicorum ad Leonatum pervenit.* Plin: lib: 2. c. 48. *Lenarum nigra nullum colorem bibunt.*

SCHOLION pro Med: Cl.

1. Participia sunt: *Alius, aliquis, alter, alteruter, nemo, neuter, nullus, pleriq;, quis, quicumq;, quidam, quilibet, quisquis, quispiam, quisquam, quisque, quotus, plus, minus, unus, unusquisque, uter, uterq;, uterunq;, uterlibet, utervis, & alia complura.*

2. Numeralia sunt: *Unus, duo, tres, quatuor, & cetera cardinalia.*

3. Ordinalia, ut: *Primus, secundus, tertius, quartus, &c.*

4. Distributiva, ut: *Singuli, bini, terni, quaterni, &c.* De quibus in rudimentis egimus.

DE SUPERLATIVIS

PRÆCEPTUM V. pro Med: Cl.

Appositis uterq; gradus ubicunq; supremi,

Cum

*Cum patrio alterius numeri, ſi pluribus unum
Ejuſdem generis confers, aut plurima multis;
Ut: lapidam, gemma, rerum eſt pulcherrima
virtus.*

SI multa ejuſdem generis comparantur, utendum eſt ſuperlativo cum genitivo plurali. Cic: Tuſc: lib: 1. *Ibeopbraſtus elegantiffimus omnium Philoſophorum, & eruditiffimus non magnopere reprehenditur.* Plin: lib: 1. c. 1. *Demofthenes ſummus Oratorum Græciæ.*

APPENDIX I. Gen: pro Med: Cl.

*Sunt etiam patrio numeri donanda prioris,
Cum collectiva: ut; Lybiæ mons maximus Atlas;
Et partitiva: ut; generis quicunq; Latini.*

1. Tum ſuperlativa, tum partitiva etiam Genitivo ſingulari, qui multitudinem ſignificet, conjunguntur. Cic: pro Quint. *Habet adverſarium P. Quintius verbo Scætum Navium, revera bujuſce ætatis homines diſertiffimos, oratiffimos noſtræ civitatis.*

*Quando eadem fixis caſu ſociantur eodem:
In genere & numero pariter concordia ſunt:
At genus ex patrio ſumunt, quum fixa ſilentur;
Ut: patrum ſummus, juvenum pleroſq; remiſi.*

2. Tum ſuperlativa nomina, tum partitiva, quæ cum ſuis ſubſtantivis caſu coherent: & genere & numero conſentiunt. Cic: de nat: Deor: 2. *Indus, qui eſt omnium fluviorum maximus, non aqua ſolum agros lætificat, ſed eos etiam conſerit.*

3. Quodſi nullum ſit ſubſtantivum: cum genitivo, quod atinet ad genus, conſentiunt. Liv: ab

urbe i. Summi, infimiq; Gabinorum Sex. Tarquinium dono Deum sibi missum Duce[m] credidēre. Quint: l. 9. c. 4. Equidem Ciceronem sequar; nam is em nentissimus Græcorum est sequutus. Plinius lib: 22. cap: 45. Sapientissimæ animalium esse constat, quæ fruge vescuntur. Idem lib: 10. c. 15. Ovorum alia sunt candida, ut columbis, perditibus; alia pallida, ut aquaticis, &c.

APPENDIX II. Gen: P. S. Cl.

1. Genitivus tum superlativi, partitivi, in ablativum cum præpositione E, vel Ex, vel De, mutari potest. Cic: pro Clu: *Ex his omnibus natu minimus C. Saturninus in eadem sententia fuit.* Idem ad Tyr: 16. *De tuis innumerabilibus in me officis erit hoc gratissimum.* Phil: 17. *Permitto, ut de tribus Antonis eligas, quem velis.* Quint: dial: 6. *Timul, ne quem ex meis viderem.*

2. Mutatur interdum genitivus superlativi in Accusativum cum præpositione Inter, vel ante. Cic: pro Sex. Rosc: *Rectum putabat pro eorum se honestate pugnare, propter quos ipse honestissimus inter suos numerabatur.* Liv: ab urb: 1. *Multitudini gratior fuit, quam patribus, longè ante alios acceptissimus militum animis.*

4. Itaq; harum præpositionum adminiculo, licebit nobis has, & harum similes locutiones, quæ parùm latinæ putantur, (*Franciscus est optimus suorum fratrum, Antonius est doctissimus aliorum*) sine ulla Grammaticorum reprehensione esse hinc hoc modo: *Franciscus inter suos fratres optimus*

primus numeratur, vel habetur; Antonius longe ante alios, vel inter ceteros doctissimus est.

4. Neq; tamen damnandi videntur, qui cum hujusmodi adjectivis copulant superlativa: Antonius est doctissimus suorum fratrum, vel ceterorum adolescentium, &c. Certe M. Tul: Cic: pro Sex. Rosci: serè eodem modo loquutus est: Sext: inquit Roscius pater hujusce, municeps Amerinus fuit, quum genere & nobilitate, & pecunia non modo int municipii, verum etiam vicinistatis facile primus. Primus sui municipii, quid aliud est, nisi suorum municipum primus? Item A. Gell. l. 8. cap: 12. Vir ætatis suæ doctissimus. Perinde ac si dixisset: Suorum equalium doctissimus. Plin: lib: 34. c. 10. plane ita loqui non dubitavit, cum ait: Ostracis tota nigra, & ceterorum sordidissima. Tacit: in Agric: Hi sunt ceterorum Britannorum sagacissimi.

5. Licet etiam uti verbo pro superlativo, ad hunc modum: Antonius eruditione ceteris condiscipulis antecellit: vel suos inter æquales longe doctius præstat, &c. Cicero de Clar: Orat: Uterq; equalibus suis plurimum præstitit. Idem 2. de fin: Homini, qui ceteris animalibus plurimum præstat. &c.

6. Superlativa præter proprium casum admittunt etiam casum læ positionis. Cicero de clar: Orat: Fuit Sex. Aelius juris quidem civilis omnium peritissimus. Omnium, superlativi: juris civilis, positivi casus est.

7. Admittunt & genitivum partitionis, more nominum,

minum, unde formantur. Plin: lib: 9. cap: 51. *Plurimi piscium tribus mensibus, Aprili, Maio, Junio pariunt.*

De Genitivo, vel Dativo post nomen.

PRÆCEPTUM VI. pro Med: Cl.

Terno, vel patrio similis, cum stirpe fructur.

Nomina, quæ similitudinem, aut dissimilitudinem significant, interrogandi, vel dandi casum exigunt. Terent: in Eun. *Domini similis.* Cic: de fin: lib. 5. *Non video, cur non potuerit patri similis esse filius.* Idem in M. Ant: Phil: 2. *Antonius iuravit se sanguine dissimillimorum sui civium.* Idem de clar: Orat: *Nihil tam dissimile, quam Cotta Sulpitio.*

2. Item Communis, proprius. Cic: de Sen: *Id quidem non proprium senectutis est vitium, sed commune valetudinis.* Idem pro Sex: Rose. *Quid tam commune, quam spiritus vivis, terra mortuis, mare fluquantibus, litus ej:ctis?* Plin: lib: 8. c: 25. *Casari proprium & peculiare fuit præter supradicta, clementia insigne.* Proprius tamen tutius & elegantius genitivo jungi videtur.

De Dativo post Nomen.

PRÆCEPTUM VII. pro Med: Cl.

Si favor appositus, vel gratia, sive voluptas, Commoda; sive fides; aut his adversa notantur: Tertium habent casum; veluti: Rex gratus amicis.

Nomina, quibus commodum, voluptas, gratia, favor, æqualitas, fidelitas, & his contraria iugnicantur, Dativum possunt; sic, Consul salutaris,

ris, perniciosus Reipublicæ jucundus, molestus, gratus, invisus, propitius, infestus civibus: fidus, infidus Imperio par, impar tanto oneri. Cic: ad Cæs: l. 6. *Erat meum consilium cum fidele Pompejo, tum salutare utriq;.* Idem ad Att: l. 12. *O gratas tuas mihi, jucundasq; literas!*

2. Item verbalia in billis ut amabilis, formidabilis, optabilis, Cic: in M. Ant: Phil: 7. *Pax præsertim civilis, quamquam omnibus bonis, mihi tamen imprimis fuit optabilis.*

3. Præterea Conscisus, consentaneus, supplex, obvius, obnoxius, pervius, & nonnulla, quæ ex præpositione Con componuntur, ut: Concors, concolor, continis, conterminus. Cicero Tuscul: 2. *Mihi conscitus sum, nunquam me vimis cupidum fuisse.* Idem in M. Ant: Phil: 9. *Suppliti mors consentanea vitæ fuit sanctissimè honestissimèq; pæta.* Cic: ad Attic: lib. 6. *Volens mihi obviam litera tua.* Ter. Adel. *Fratri ades fient pervia.* Plin. l. 12. c. 8. *Contermina Indis gens Ariana appellatur.*

APPENDIX II. pro Supr: Cl.

1. Fidus frequentissimè dativum habet: cum genitivo raro admodum reperitur. Virgil: l. 2. *Præterea regna tui fidelissima, dextrâ occidit ipse sua.*

2. Par apud Poetas etiam genitivo casui adjungitur. Lucan: l. 2. *Quem melius par ejus erat.*

3. Aequalis cum ad ætatem tempusq; refertur, sere genitivum habet. Cicero 4. de fin: *Conferam autem avunculum tuum cum C. Graccho, ejus sere æquali.*

4. Quæ in bilis exount, passionem significant. At Penetrabilis sæpe apud Poetas adivè ponitur. Virg: 10. *Aspice num magè sit nostrum penetra-
bile telum Sic 1. Georg: Aut Boreæ penetrabile
frigus adurat,*

5. Consciis cum ad personas refertur, dativum habet. Ter: Adol: *Conscia mihi sum, à me culpam hanc esse procul.* Cum verò ad rem, genitivo frequentissime jungitur. Cic pro Cæl: *Multarum rerum consciis sunt servi.* Interdum dativo. Ibidem. *Huius facinori tanto tua mens liberalis conscia.* Pro Clu. *Conscium illi facinori arbitrantur.*

De Dativo, vel Accusativo cum præpositione
Ad, post Nomen.

PRÆCEPTUM VIII. pro Med: Cl.

Ternum vel quartum voce Ad comitante, reser-
vant:

(promptus,
Commodus & proptior, tum habilis cum pignore,
Utilis, appositus, proclivis, inutilis, aptus.

A Commodatus, appositus aptus, idoneus, habilis, utilis, inutilis, natus huic rei, vel ad hanc rem, & alia ejusmodi. Cicero in Pisonem. *Ille gurges, atq; belluo natus abdomini suo, non laudat atq; gloria.* Idem de clar: Orat: *Cneius Pompejus vir ad omnia summa natus.*

SCHOLIUM pro Med: Cl.

Horum quidam frequentius videntur cum Accusativo copulari. Cic: de senect: *Ad multas res perutiles Xenophontis libri sunt,* De orat: 1. *Si mihi calceos Sicionis attulisses, non uterer,*

quamvis essent habiles, & apti ad pedem. De Amic:
Nihil est tam aptum, tam convenientem ad res vel
secundas, vel adversas, quam amicitia. In Ver: 7.
Homo oppositus ad istius audaciam.

De Accusativo, vel Ablativo post Nomen.

PRÆCEPTUM IX. pro Med: Cl.

*Mobile mensura quartum sextumq; reposcit;
Us septem serps alta pedes, & lata duobus.*

A Djectiva, quibus generalis dimensio significatur,
Accusativum vel ablativum casum postulant,
qui certam mensuram significet. Cato de re rust:
cap: 18. *Trabem longam imposito, latam pedes
duos, crassam pede uno Liv: Bel: Maced: 7. Fos-
sam sex cubitus altam, duodecim latam cum du-
xisset. Col. l. 5. c. 3. Esto ager longus pedes
mille & ducentos, latus pedes centum viginti.*

APPENDIX II. Gen: pro Supr: Cl.

Interdum adhibetur genitivus. Col: l. 1. c. 2.
*Medica singulus cyathos serere oportet in areolis
longis pedum deum.*

De Ablativo post Nomen.

PRÆCEPTUM X. pro Media Cl.

*Extorris, nudus, dignus, contentus, iuavis,
Atq; refertus inops, locuples, alienus, onustus,
Immunis, plenus, cassus, divesq;, potensq;,
Tum fretus, vacuus, tum captus, præditus, erbus,
Indignus liber, viduus, sibi jure latinum
Assumunt casum, ut summo vir dignus honore.*

Liv: lib: Dec: 4. *Hoc iusjurandum Patriâ
extorrem tuam regiam perduxit. Cicero Attic:*

lib: 7. *Huic tradita urbs est nuda presidio, referta copiis. Idem Cael: 2. Tu mihi obviam mitte epistolas te dignas. Idem pro Quint: Mediocri questu contentus esse non poterat. Idem de Clar: Orat: Lentulus non tardus sententiis, non inops verbis. Idem Verr: 5. Locuples copiis civitas.*

APPENDIX pro Med: Cl.

1. Alienus interdum cum dativo reperitur. Cic: pro Cæcin. *Id dicit quod illi causæ maxime est, attentum.* Sed fortasse dativus est communis. Nonnunquam etiam cum genitivo. Cic: de fin: *Quis alienum putet ejus esse dignitatis?* Usitatus tamen ablativo jungitur. Immunis etiam saepe cum genitivo apud Pœtras. Virg: *Belli immunis Ovid: Nullum passa jugum, curvæ immunis aratri.*

2. Interdum etiam alienus, & alia quædam ex his (de quibus paulò post in præcepto XII.) præter ablativum, præpositionem habent A, vel ab, Cicero Epist: *Quæ non aliena esse ducerem à dignitate tua.* Idem Offic: *Si ab omni animi perturbatione liber sis.* Idem de Arusp: *Mea domus ab ista religione suspiciæ vacua, atq; pura est.*

3. Quædam præterea ex his etiam genitivum, raro tamen admittunt. Balbus ad Cicero: 8. ad Attic. *Obsecro te mi Cicero, suscipe curam, & cogitationem dignissimam tue virtutis: Indignus, orbis, casus, onustus, eundem casum, rarissime tamen recipiunt.* Dives etiam apud Pœtras. Virg:

lib: 2.

lib: 2. Georg: *Dives opum variarum.*

4. Plenus cum genitivo eleganter, & frequentissime jungitur, de quo suprâ præcepto III.

PRÆCEPTUM XI. pro Med: Cl.

Opus nomen adjectivum, accedente verbō substantivo, ablativum postulat: Ter: Andr: *Nihil isthac opus est arte ad banc rem, quam paro.* Cicero ad Attic: lib: 12. *Apud Terentiam gratiâ opus est nobis, & tua auctoritate.*

2. Sæpe etiam cum substantivis more adjectivorum consentit, neq; tamen in casus declinatur. Idem ad Curion: lib: 2. *Dux nobis & auctor opus est.* Ad Tir: lib: 16. *Is omnia pollicitus est, quæ tibi essent opus.* Attic: 6. *Dices nummos mihi opus esse ad apparatus triumphi.* Livius Bel: Pun: 10. *Scipio ad comparanda ea, quæ opus erant, tempus habuit.*

APPENDIX II. pro S. Cl.

1. Opus cum genitivo raro reperitur, nec jam videtur usurpandum. Plan: ad Cass: 8. *Sed aliquantum nobis temporis & magni laboris, & multe impensa opus fuit, &c.* Nisi forte subest aliqua figura, quæ nos lateat, nam *temporis ab aliquantum pendet; genitivi vero laboris & impensa,* non video unde pendeant. jungebant Prisci etiam accusandi casum. Plaut: Trucul. *Puero opus est cibum.*

2. Usus cum opus significat, eodem modo sæpe construitur. Virg: lib: 1. *Nunc viribus usus.* Cicero unitur, sed sine casu. 4. Tusc. *De cæteris studiis, inquit, alio loco dicemus, si usus fuerit.*

Livius addit genitivum pronominis 3. ab urb. Si quis *ujus mei est.*

De Ablativo cum præpositione.

PRÆCEPTUM XII. pro Med: Cl.

Ordinis accipiant sextum numeralia junctis
*A, vel Ab: Extorris, nudus, diversus, eadem
 Incautus, fugitivus amant, innoxius exul,
 Adversus, securus, inops, altius, & orbis,
 Integer atq; alius, cum degener, adjice, furus,
 Cassus, & immunis, vacuus cum sustulit liber,
 Absonus, ac tutus, profugus; velut exul ab urbe.*

A Djectiva diversitatis, & numeralia ordinis, A-
 blativum cum præpositione A, vel Ab, admit-
 tunt. Acad. 4. *Certa cum illo, qui à te totus di-
 versus est.* Idem ad Attic: 6. *Navigationis la-
 bor alienus ab ætate nostra.* Idem Acad: 4. *Pest
 autem confecta à Carneade, qui est quartus ab
 Arcefila.* Hir: Bel: Alex: 4. *Imperio & potentia
 secundus à Rege.*

2. Item securus, liber, vacuus, purus, nudus,
 inops, orbis, tutus, extorris. Plin: lib: 22. cap: 9.
Securus à metu somnus. Cic: in Ver: 4. *His qui-
 dem temporibus, in omni orbe terrarum vacat,
 expertes, soluti, ac liberi fuerunt ab omni sum-
 ptu, molesta, munere.* Idem pro Dom: Tum inops,
*aut ego eram ab amicis, aut nuda Resp: à magi-
 stratibus.*

De Comparativis.

PRÆCEPTUM XIII. pro Med: Cl.

*Si duo cujusvis generis vel plurima censers
 Diversum sortita genus, dignabere sexto*

*Collativa gradu: ut dantur majora perfectis
Præmia, sed deus cuncto pretiosior aurò.*

Comparativò utimur cum Ablativo, cum plura
diversi generis comparantur. In Catilin: 1. *Lu-
ce sunt clariora nobis tua consilia.* Curt: lib: 9.
Majora sunt præmiis pericula.

2. Vel cum duo ejusdem, aut diversi generis
conferuntur. Cicero ad Octav: *Quæ non posterior
dies acerbior priore, & quæ non insequens hora
antecedente calamitosior pop: Romano illuxit.*
Horat: l. 1. Epist: 1. *Vilius argentum est aurò
virtutibus aurum.*

APPENDIX I. Gen: pro Sup: Cl.

*Si quàm interventat, recte gradus ille latinus
In casum migrare potest, quem verba reposcunt:
Ut, nihil horridius vidi, quàm bella draconum.*

1. Ablativus comparativi intercedente conjun-
tione quàm, mutari potest in casum verbi con-
gruentem. Cicero in Verr. 5. *Tu innocentior,
quàm Metellus?* Idem ad Attic: 4. *Nemo un-
quàm nec Pœta, nec Orator fuit, qui quenquam
meliores, quàm se arbitraretur.* Livius Bel:
Pun: 10. *Melior certiorq; est tuta pax, quàm
sperata victoria.* Terent. in Phorm: *Ego homi-
nem callidiores vidi neminem, quàm Phormio-
nem.*

*Partitiva etiam patrios, ut cætera possunt
Mobilia: ut juvenum longè vicere minores;
Ex, E, sexto sed habere frequentius optant.*

2. Comparativa quemadmodum & cætera ad-
jectiva, cum partitionem adsignificant, genitivum

desiderant: Livius ab urb: 3. *In banc sententiam ut discederetur, juniores patrum evincebant.* Horat: in arte. *O major juvenum!*

3. Scriptores tamen sæpius Ablativō utuntur cum præpositione E, vel Ex, qui casus partitionis maxime ubi nomen est comparativum, aptissimus est. Cicero ad Attic. 6. *Ante scripta epistola, ex duabus tuis prior mihi legi coepta est.*

4. Comparativa pro adverbis multum, tantum, quantum, aliquantum, desiderant ablativos: multo, paulo, tanto quanto, aliquanto. Cic. 1. Orat: *Est finitimus Oratori Poëta, numeris adstrictior paulo.*

Collectiva suis paudent superaddere sextum Excessus; ut Atlas cubito fuit Heclore major; Est positiverum propriis adjungere casus? Ut, quis Oreste fuit Pyladi jucundior unquam.

5. Præter suum casum, admittunt comparativa ablativum significantem excessum. Curt: l. 5. *Turres dens pedibus, quam murus altiores sunt.*

6. Item casum suæ positionis. Cicero ad Planc: *Mibi nemo est amictior, nec jucundior, nec carior Attico.*

7. Deniq; hos ablativos: Opinione spe, æquō, justō, solito, dictō, nihilō Idem de Clar: Orat: *Opinione ego omnium majorem capi dolorem.* Idem 2. de fin: *Nihilō beator Jupiter, quam Epicurus dempta aternitate.* Idem de Amic: *Neg enim verendum est, ne quid plus æquō in amicitia congeratur* Liv: Bel: Pun: 5. *Sol rubere visus solito magis.*

APPENDIX II. Gen: pro Supr: Cl.

1. Pœtæ nonnunquam (more Græcorum) ad comparativum addunt adverbium: Magis. Virg: in Culic: *Quis queat optato magis esse beator ævo?* Pluat; Sti: *Imò enim hic magis est adultior.* Idem, Nam magis multò patior facilius verba.

2. Oratores interdum, & Historici alium comparativum apponunt. Cicero pro Mil: *Ne tibentius hæc in illum evomere videar, quam verius* Liv: *sanctior quam promptior, hic habitus fuit.*

Ablativus significans laudem, vituperationem, partem.

PRÆCEPTUM XIV. pro Med: Cl

Pleraq; mobilium partis, laudisq; latino

Sunt contenta gradu, vel qui contraria laudi.

Signet, ut ore niger, voce horrida, inclitq; armis.

Pleraq; adjectiva ablativum postulant significan-
tem laudem, vituperationem, vel partem. Qu.

Cic: de per: Conf. *Non erit difficile certamen cum
iis competitoribus, qui nequaquam sunt tam ge-
nere insignes, quam vitis nobiles.* Cic: de Orat:

1. *Sunt quidam aut ita lingua hesitantes. aut
ita voce absonti, aut ita vultu motuq; corporis
vastè & agrestes, ut Co. Idem in Verr: l. 3. Ob
jus dicendum, Ligurem hominem ornatissimum
loco, ordine, nomine, virtute, ingenio, copiis,
poscere pecuniam non dubitavit.* Salust: Bel: Cat:
*Ex altera parte C. Antonius pedibus eger, quod
pretio adesse nequibat, M. Petrejo legato exerci-
tum permittit.*

APPENDIX I. Gen: pro Med: Cl.

1. Eüamli Oratores libentius substantiva cum

adjectivis copulenti; (ut vir summâ eloquentiâ, eximia virtute, excellenti ingenio) tamen non raro ipsis adjectivis ablativum laudis, aut vituperationis attribuunt. Cicero 4. de fin. *Horridiores evadunt, offerriores, duriores & oratione & moribus.* Idem 4. Tusc: *Ut vita sic oratione durus, incultus, horridus.* Ablativo partis rarius utuntur. Idem 4. Tusc: *Ergo is, quisquis est, qui moderatione & constantia quietus animo est, &c.* Pœtæ frequenter. Mart: l. 12. *Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine laesus.*

APPENDIX II. Gen pro Supr: Cl.

1. Ablativum partis frequenter in accusativum mutant. Græcos imitari Pœtæ. Virgil *Æneid. 1. Os,umerosq; Deo similis.* Horat: *Epist. 1. Excepto, quod non simul esses, cetera laesus.*

2. Item Historici, sed rarius. Liv: *Bel: Pun. Pbalarica est Saguntini missile telum, bastili oblongo, & cetera tarcti, præterquam ad extremum.* Pomp: *Mel: lib: 3. c. 1. Sarmata totum braccati corpus, & nisi quis vident, ora etiam vestiti.* Quanquam accusativus cætera, frequens est apud Livium & Plinium.

DE CONSTRUCTIONE PRONOMINIS.

CAPUT XIV.

De Genitivis post demonstrativa Pronomina.

PRÆCEPTUM I. pro Med: Cl.

Ostensiva gerunt quoties pronomina partes fixorum, patrio (velut is orationis) iubarunt.

Prono-

Pronomina demonstrativa, cum substantivè ponuntur, patrium casum admittunt. Cic: ad Cæs: l. 2. Ep: 8. *Hoc ad te literarum dedi.* Id: de Or: l. 2. *Quoniam id temporis est surgendum censeo.* Id ad Att: l. 2. *Res est eodem loci, quò reliquisti.*

APPENDIX I. pro Med: Cl.

Huc spectant. hoc commodi, novi, noctis, temporis, libertatis. Cic: ad Attic: l. 2. *Tantum vide, ne hoc temporis Terentia cbesse aliquid possit.* Idem. *Id ætatis, solitudinis, virium.* Idem Toranio l. 6. *Ita viximus, & jam id ætatis sumus.*

APPENDIX II. Gen: pro Supr Cl.

Pronomen Idem (more Græco) cum dativo apud Poetas reperitur: Horat: in Art: *Invitum qui servat, idem facit occidenti.* Oratores verò sic loquuntur Cic: Offic: lib: 2. *Peripatetici quondam iidem erant, qui Academici.* Idem in Orat: 2. *Sit igitur hoc cognitum numerus oratorios eosdem esse, qui sunt Poëtici.* Idem de Nat: l. 2. *Dianam & Lunam eandem esse putant.* Barbarum igitur videtur, dum veterum exempla desunt, hoc pronomen Idem cum ablativo, & præpositione jungeret: ut, *Hoc est idem cum illo.* Dicendum enim est: *Hoc est idem, atq; illud; sive, Hoc idem est, quod illud, sive, Hoc & illud unum est.*

De Genitivo post Possessiva.

PRÆCEPTUM II. pro Med: Cl.

Possessiva Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester, loco genitivorum: Mis, Tis, Sis, Nostrum, Vestrum posita, genitivum postulant. Cic: ad Marcel: l. 15. *Molestè fero, me consulem tuum studi-*

um adolescentis perspexisse, te meum, eum id
 etatis sim, perspicere non posse. Idem Phil. 2.
 Tuum hominis simplicis pedus nudum vidi-
 mus. Attic. 3. Non debes mirari, non posse me
 tanto doleri resistere; solius enim meum pecca-
 tum corrigi non potest. In Pis: Juravit hanc
 urbem meam unius operam esse salvam. Pro Mur:
 Ex tuo ipsius animo conjecturam ceperis. Liv. ab
 Urb: 7. *Quid meum factum, dictumve consuis
 gradius, quam Tribuni, audisti?* Horat: Sat: 1.
*Cum mea nemo scripta legat, vulgo recitare ti-
 mentis.* (Mea timentis.)

APPENDIX pro Med: Cl.

Genitivum Omnium, nondum cum possessivis legi,
 sed cum primitivis; nam illud Cic: 3. de Nat. *Vol-*
untati vestra omnium ego parui; in omnibus li-
 bris legitur: *Voluntati vestrum omnium parui.*
 Idem in Cat: *Ad omnium vestrum vitam pertinet.*

De Genitivis mei, tui, sui, nostri, vestri.

PRÆCEPTUM III. pro Med: Cl.

*Appositum, & verbum patrios moderantia casus,
 Quae tria in I faciunt, pronomina una reposcunt;
 Ut, vestri memores, vestri miserecitate cives.*

Verba, Participia, & Nomina Adjectiva, quae
 patrium casum postulant, Genitivis mei, tui,
 sui, nostri, vestri, gaudent; ut: *Meorum nemo
 recordatur mei, non sum oblitus tui absentis, U-*
nusquisque sui curam gerit. Cicero Attic: 3. *Te*
oro, ut quibus in rebus mei tui indigebunt, no-
stris miseris ne desis. Idem in Cautin: 4. *Habe-*
tis auceam memorem vestri, oblitum sui. Idem

Attic:

Attic: 8. *Nihil enim malo, quam & me mei similem esse, & illos sui.*

SCHOLION pro Med: Cl.

1. Nomine verborum intelliguntur etiam Gerundia & Supina, si quando eorum usus inciderit; ut: *Non est tempus obliviscendi vestri, nostri; non vestrum, nostrum.*

2. Cum iisdem genitivis mei, &c. copulari possunt participia Cic: Planc: l. 10. *Facultas optabilis tui presentis si mihi esset, nunquam à tuis consiliis discreparem.* Cic. Len: 1. *Nostram fidem omnes amorem tui absentis presentisq; cognoscent.*

3. Item cum Gerundiis, ut vocant, adjectivis. Cicero Curt: l. 3. *Hoc, quidquid attigi, non feci Inhammondii tui causâ, sed testificandi amoris mei.*

APPENDIX II. Gen: pro Sup: Cl.

Cum nominibus tum substantivis, tum adjectivis. quidam negant hos genitivos posse jungi, exceptis his. Unius, ipsius, solius, at non video, cur non cum cæteris quoq; cur enim non bene latine dicitur: *Pudet me tui hominis vanissimi: non te miseret mei miseri, & infelicis? Sic: Terent: Heaut: Atq; Incipis te nunc miserescat mei,*

EXCEPTIO I. pro Med: Cl.

Intererit, refertq; suis junxere latinis, Unius, & reliquos, qui possessiva sequuntur; Ut: vestra ipsorum refert componere mores.

Interest tamen, & Refert, ablativos, meâ, tuâ, suâ, nostrâ, vestrâ, sibi vendicârunt, quibus ablativis addi possunt genitivi: Unius, solius, ipsius; cæteriq; qui possessivis adduntur: *Meâ unius Inter.*

*est. Tuâ solius refert. Nostra ipsorum interest
ultia extirpare. Tuâ Rempublicam administrantis
interest semper vigilare.*

Nostra, vestra omnium, tum dices, cum exempla
repereris, interim tutius videtur dici: Nostrum
omnium interest; vestrum omnium, &c. Cic: in
Cat: l. 4. *Videte patres conscripti, in me omnium
vestrum ora, atq; oculos esse conversos.*

SCHOLION pro Med: Cl.

His additur etiam Cuius. Cic: pro Mur: *Ea ce-
des potissimum crimini datur ei, cuius interfuit;
non ei, cuius nihil interfuit. Verum cuius videtur
utilitatis.*

EXCEPTIO II. pro Med. Cl.

*Partitiva duos, Numeralia nomina, Vestrum,
Ac nostrum, mediisq; gradus summisq; requirunt,
Ut, nostrum aut vestrum primus, minor optimus,
alter.*

Nomina numeralia, partitiva comparativa, &
superlativa, genitivos nostrum, vestrum exigunt.
Curt: l. 8. *Nolo singulos vestrum excitare. Ad
Qu: Fr: 2. Domus utriusq; nostrum edificatur
strenue Idem contra Rul: Omnibus vobis aut
majori vestrum parti; maximus velu vestrum.*

PRONOMINA postSUBSTANTIVA.

PRÆCEPTUM IV. pro Med: Cl.

*Actio cum datur, aut possessio nomina fixis
Possessiva suis velut adjectiva coherent:*

Ut mea cura, tuum studium, sua cuiq; voluntas.

Possessiva Meus, Tuus, Suus, Noster, Vester,
coherent cum Substantivis, genere, numero, casu,

CUM

cum possessio vel actio significatur; ut, *Liber meus, ager tuus, studium nostrum, labor vester.*

EXCEPTIO pro Med. Cl.

At cum significant generalem nomina partem Corporis, aut animi, patriis pulchre utimur illis, Quae tria in I, tantum pronomina prima creantur; Ut, magna re ex parte sui caret orbis amictus.

At si Substantiva significant partem aliquam generalem corporis, sive animi, cujusmodi sunt: *Pars, dimidium, aliquid, genitivis primitivorum utemur* ut, *Nullam partem mei amisi.* Hoc est, non amisi manum, pedem, memoriam. Cic: de fin 1. 5. *Cui proposita est conservatio sui, necesse est hinc partes quoque sui cariores esse, quod perfectiores sint.* Ter: And. *Letigitur tui quidquam?* Quint: l. 7. c: 3: *Minimam partem mei habent.*

APPENDIX I. Gen: pro Med: Cl.

Cum tamen est anceps possessio & actio fixa Cum possessivis velut adjectiva ligantur; Ut tua cura, totum studium, quibus omnia vlucl. Passio nominibus cum significatur eisdem, Quae tria in I, faciunt pronomina prima ligamus. Ut, me ingrata tui capient oblitvia nunquam. Jungitur interdum pariter pronomem utrumque; Ut, tua longu sui torquent oblitvia matrem.

1. Substantiva, quibus ambigua est significatio; ut, caritas, amor, memoria, desiderium cura, itemque caetera si possessionem actionemve significant, possessivis adherescunt; ut. *Amor meus, desiderium meum, quo amo, desideroque.*

2. Si in Passionem significant, genitivos *Mei, Tui, Sui,*

Sui, Nostri, Vestri, flagitant, ut: *Amor mei desiderium mei, quod amor desidero.* Cicero Attic: lib: 7. *Dionysium flagrantem desiderio tui misi ad te.* Idem pro Planc: 10. *Me impulit tui cbaritas.* Idem ad Quin: Fr: *Nunc decedens relinque, quaeso, quam jucundissimam memoriam tui.* Quint: dec: 6. *Postquam mei cura discesserat.*

3. Aliquando utrumq; conjungitur Cicero Attic: 11. *Nicias sua sui memoria delectatur.* Idem Cor: lib: 12. *Grata est mihi vebementer memoria nostri tua.*

APPENDIX II. Gen: pro Supr: Cl.

1. Non in omnibus tamen, quibus anceps est significatio, hoc observatur, nam crimen meum, vulpus meum, injuria mea, dicitur etiam mihi facta; Item imago mea, tua, sua, nostra, vestra, non solum, quae possidetur, sed etiam, quae refert, & representat. Plaut. Men. *Tua est imago tavi consimilis tibi, quam potest.* Cic: pro Sext: Rosc: *Ut effictos mores nostros in alienis personis, expressamque imaginem nostram vitae quotidianae videremus.*

2. Praeterea. Causa, mea, tua, sua, nostra, vestra Cic. ad Caes: 15. *Absse te mea causa, moleste fero, tua gaudeo.* Idem Tyr: l. 16. *Non tam mea causa, quam tua doleo te non valere;* & alibi frequenter. Pampianus, *causa mei,* Ulpius sui dixit. Malim cum Cicrone loqui. *Mis, tis,* apud Donat. Prisc: Servium, pro meis tuis, potius ponuntur, quam pro genitivis, ut *Sas, & sis,* pro *sut, suti.*

Reciproca Sui, Sibi, Se.

PRÆCEPTUM V. pro Med: Cl.

*Terna in se quoties persona reflectitur, ullo
Absq; errore, Sui voce utimur. Ut: sibi mendax
Lingua nocet, se homini gladiō succurre necanti.*

Reciproco Sui, Sibi, Se, utimur, cum tertia per-
sona transit in se ipsam, sive in recto, sive in obli-
quo: *Ut: Caesar recordatur sui, indulget sibi, a-
mat se, loquitur secum. Cicero de fin: 5. Eorum
est hoc quod vela, qui sibi cari sunt, seseq; diligant.
Idem de nat: Deor: 1. Ipse sibi displicet. Idem in
Cat: lib: 4. Habetis ducem memorem vestri, obli-
tum sui.*

SCHOLION pro Med: Cl.

1. Reciproco Sui, Sibi, Se, utimur loco substituti-
vi tertiæ personæ, secunda vice ponendi: *Ut: Ca-
sar recordatur sui, loco, Caesar recordatur Ca-
saris.*

2. Sive in recto, sive in obliquo, id est, sive nomen
præcedens ponatur in nominativo: *Ut: Caesar re-
cordatur sui, sive in obliquo: Ut: Ecce du-
cem oblitum sui.*

3. Idem proportionate dicendum de regula: Re-
ciprocō suus &c. Nam si cum re possessa secunda
vice poni deberet nomen tertiæ personæ, aut pos-
sessor, ponendum est reciprocum Sui.

APPENDIX pro Med: Cl.

*Utimur hoc itidem verbō accedente secundo:
Ut sibi des veniam, supplex Masinissa precatur.*

Eriam accedente altero verbō, reciprocum vim
suam retinere solet. Cic: In Orat. *Ne ipse qui-*

dem suâ tantâ eloquentiâ mihi persuasisset, ut se dimitterem. Idem Attic: 5. *Qui etiam à me petierit, ut secum, & apud se essem quotidie.*

APPENDIX II. Gen: pro Supr: Cl:

1. Quodsi duæ tertix personæ interponantur, reciprocum plerumq; ad priorem referri solet. Cicero ad Attic: lib: 15. *Scrispsit Filius, se idcirco ad Brutum conferre voluisse, quod cum sibi negotium daret Antonius, ut eum dictatorem efficeret, &c. Sibi, ad filium refertur, cum, ad Brutum.*

2. Interdum reciprocum in Is pronomen commutatur. Cic: in Verrem 3. *Mindius naves possit, quæ cum prosequerentur præsidi eius.* Ad Attic: l. 2. *Camillus mihi scripsit, se cum eo loquutum; pro secum.* Cal: 2. Bel: Civ: *Timere Casarem abreptis ab eo duabus legionibus, ne ad ejus periculum reservare eas Pompejus videretur.*

Reciprocum Suus.

PRÆCEPTUM VI. pro Med: Cl.

Persona in rem possessam cum tertio transit:

Voce Suus, res ipsa potest possessa notari;

Ut: quacunq; suos nutrit fera bestia partus;

Reciproco Suus unimur, cum tertia persona transit in rem à se possessam: Ut: Cicero recordatur Tyronis liberti sui, indulget liberis suis, defendit suos clientes; scripsit hanc epistolam manu suâ. Cicero in Verr: 5. *Ajebat multa sibi opus esse, multa canibus suis.* Idem de Orat: 2. *Si fera partus suos diligit: quâ nos in liberos nostros indulgentia esse debemus?*

APPENDIX I. Gen: pro Med: Cl.

Vis eadem remanet, verbō accedente secundo;

Ut: Cæsar te Marce rogat, sua signa sequaris.

1. Etiam accedente altero verbo, idem usu venit: Cic. in Verrem lib: 3. *Debere eum aiebat suam quoque ducere rationem. Eum, cūm dicit, Ligurem designat, suam Verris, cuius sermo exponitur. Utere voce Suus, cum res possessa refertur.*

In possessorem; ut: feriunt sua tela nocentem.

2. Uimur præterea Reciproco Suus, cum res possessa in possessorem transit. Cic: ad Attic: 6. *Ulciscetur illum merces sui. Idem de Arus. Sua cuncto rio sit hominem. Idem pro Sex: Rosc. Hunc sui civis & civitate eiecerunt. Idem ad Attic: lib: 10. Indulset illi quidem suus pater semper. In Verrem 30 Suis illum criminibus accusabo.*

APPENDIX II. Gen: pro Supr: Cl.

1. Suus cum duabus tertiis personis interponitur, non raro ad posteriorem refertur. Cic: in Verr: Orat Dolabellam, *ut de suis provincia decedat. Ubi de Dolabellæ provincia sermo est. Cæsi: de Belg: Civ: Vellei Pompejus se purgatam Cæsari, ut ea, qua Republicæ causâ egerit, in suam contumeliam vertat. Cic: in Verrem AÆ: 3. Verres possessionem hereditatis negat se datam, ne possit patronus suum proscriptum iuvare. Ubi de liberto quodam loquitur.*

2. Sui ponitur interdum pro Suis. Cic: de Inv: Imitantes genitorem, & effectorem sui. Ibidem *Ita se ipse consumptione & senibus aiebat sui.*

3. Nonnunquam Suus usurpatur pro Is. Cicero

3. ad Aut: Non destiti rogare & petere meâ causâ, & suadere sui. Idem de Som: Sc. Ego illum de suo regno, ille me de nostra Republica percussitatus est. Et in Ant: Si C. Caesar, fortissimorumq; sui patris militum exercitus non fuisset, Quæ non temerò imitanda sunt; neq; enim libet dicere: Conveni Franciscum, & patrem suum, sed ejus. Monebo Antonium, ut veniat, & ego veniam secum, sed cum eo. Id petrus exoptat, quare sui causa, ut facias, te rogo, sed ejus causâ. Quoties enim Reciprocum interruptum non redit aut rectè aut oblique ad eum, unde proficiscitur, Reciproco serè locus non est.

4. Rursus interdum Is, aut, ipse, pro Reciproco ponitur. Cæs: de Bel: Civ: lib: 1. Quod penes eum est pecunia, tradit. Ad Qu: Fr: lib: 1. Ea sepe molestissime homines solent, quæ ipsorum culpâ contracta sunt,

DE NUMERO
DISTRIBUTIVO
CAPUT XV.
PRÆCEPTUM I.

Distributivi numeri, quibus sermè utimur, cum idem pariter in plura dividimus, hi sunt: Singuli, Bini, terni, Quaterni, Quini, Seni, Septeni, Octoni, Noveni, Deni, Undeni, Duodeni, Ternideni, (vel deni terni,) Quaternideni, Quindeni, Senideni, &c. Viceni, viceni singuli, viceni bini, terni, &c. Triceni, Quadrageni, Quinquageni, Sexageni, Septuageni, Octogeni, Nonageni, Centeni.

Sequuntur deinde illi: Duceni, Terceni, Quadringenti, Sexcenti, Septingenti, Octingenti, Nongenti, qui per syncopen dicuntur: pro Ducenteni, Trecenteni, Quadringenteni, Octingenteni, Nongenteni, vel Nongenteni; quanquam hi quoque interdum usurpantur. Excipiuntur inde, Milleni bis milleni, qui minus sunt usitati. Cic. ad Attic. lib: 7. *Binos gladiatores singulis patribus familiarum distribuit.* Idem in Pun: *Capit ille e suis pradiis sexcenta sestertia, ego centena ex meis, id est, ille sexcenta, ego centum quotannis.* Plin: lib: 10. cap: 16. *Vivunt Laconici annis denis, hoc est, quousquisq; Laconicus decem annis vivit.*

APPENDIX I. Gen: pro Med: Cl.

1. Res, vel mensura, in quam cadit distributio, saepe accusativus gaudet cum praepositione. Cic. in Verr. *Censores binos in singulas civitates describat.* Liv. 1: 4. Bel: Pun: *Qui bina millia eris in annos singulos penderent.* Idem *Singulis in militem tunicis imperatis.*

2. Cum duo adhibentur numeri, uterq; aut alteruter esse potest distributivus. Cicero in Brut: *Bini Oratores vix singulis aetatibus extiterunt.* In Verr: 4. *Et pueri annorum senum, septenariumque decum senatorium uomen uniuersati sunt.* Cic. in eud Att: 5. *Pro frumento in modios singulos duodecos sestertios exegisse.* Id est, sestertios duodecim pro quolibet frumenti modio. Varro de rustic. 2. *Decem sibi in diebus singulos denarios dari conuivisset.* Liv: lib: 10. *Octogeni bini artis milibus*

bus dati. Hoc est, octoginta duo nummi singulis militibus dati.

APPENDIX II, Gen: pro Sup: Cl:

1. Sæpe distributivus emittitur: cum res, in quas aliquid distribuitur, accusativò efferuntur cum præpositione *In*. Ita dicitur: *In militem, in navem, in capita, id est, in singulos milites, &c.* Liv: *Frumentum Milianum assibus in modios estimatum, plebi divisit, hoc est, cum singuli modii singulis assibus estimarentur.*

2. Distributivi numeri eleganter locò primitivorum substantivis junguntur, quæ numero singulari carent: Ut: *bina literæ*, hoc est, duæ epistolæ, *bina castra, terma arma*, potius, quam, duæ literæ, duo castra, tria arma. Cic: Phil: 13. *Inter bina castra collocatus est,*

3. In his tam n: *Uni, Unæ, Una*, dicemus potius, quam *singuli*, nisi cum distributione sumantur: ut: *una nuptia, sala, literæ, &c.* Cic: pro leg: Man. *Ab unis hostium captis bellum geri.* Idem de leg: l. 3. *Sex non unis circumstantum mœnibus, &c.* Salust: Lig: *Ubi una & altera scala committente sunt.*

4. Interdum distributivi locò primitivorum præsertim à Poetis & Historicis cum quibuscunq; substantivis copulantur. Virg: lib: 10. *Gens illi triplex, populi sub gente quaterunt.* Idem Æneid: 2. *His quinos solis ille atas.* Ovid: de Pont: lib: 3. *Perq; quaterdecimos itur in ille gradus.* Pro quatuor, quinque, quadraginta. Cicero in Somn. Scip: *Cum atas tua septenos cœles solis anfractus re-*

ditusq. converterit, prope Pœtica loquitur; hoc est, ubi sex et quinquaginta annos expleveris.

PRÆCEPTUM II. pro Med: Cl.

Mille modò adjectivum est, modò substantivum; Mille adjectivum, pluralis tantum est numeri, nec declinatur in casus. Cic: pro Sex. *Edixitq., ut ab urbe abesset mille passus.* Horat: 1. Satyr: 3. *Tercentum mille eadi.*

2. Mille substantivum, singularis numeri non declinatur in casus; ac numero multitudinis: Millia, millium, millibus; & sæpe genitivo jungitur. Cic: pro Rab. *Mille nummum ferret expensum.* Cic: Quint: *Septingenta millia passuum.*

APPENDIX pro Med: Cl.

Si quando millia, cum alio casu junctum reperitur, erit substantivum continuatum. Cic: in Verrem 3. *Tritici modios quinque millia* Pro Rab: *Quia vociferabare decem millia talenta esse promissa.* Livius 4. *ab urbe Pbilippe nummi quatuordecim millia quingenti quatuordecim.* Idem lib: 9. *Decem millia, & quingenti capti.*

DE CONSTRUCTIONE
PRÆPOSITIONUM

CAPUT XVI.

PRÆCEPTUM I.

Neutra, queis regimen penitus natura negavit. Munere præposita partis moderamine sumunt; Ut: sedeo in Cathedra, vado proficiscor in urbem.

Verba Absoluta & Intransitiva præpositionum beneficio in casus transeunt. Cic: 2. de Orat.

Cum ad me in Tusculanum venisset Caesar. Idem ibidem. Cum etiam tum in lecto Crassus esset, Et ad eum Sulpitius sederet, Antonius autem inambularet cum Cotta in porticu: repente ad Q. Catulus senex cum C. Julio fratre venit.

Omnia verba gradus proprios moderantia, partes Appositas adhibere suis cum casibus optant.

2. Transitiva præter proprium casum, etiam præpositiones cum suis casibus admittunt. Cic: de Amic. Nihil est amabilius virtute, nihil, quod magis alliciat homines ad diligendum.

Composito dat sæpè suum pars junctæ regendum
Præpositiva gradum; velut: Hostem invadere ferrò.

3. Verba composita sæpè casum præpositionis habent: Ut: adire judicem, invadere urbem. Cic: de fin: lib: 5. Persorum Magos adit. Idem ad Qu: Fr: 3. Cum subito bonus Imperator necesse urbem hostium invasisset.

Præpositas repetunt partes completa frequenter.

4. Et repetitâ præpositione: Ut, adire ad judicem, invadere in urbem. Idem in Verrem lib: 3. Ceteri bareses adeunt ad Verrem. Phil: 11. In Galliam invasit Antonius.

5. Hanc repetitionem amant multa verba composita ex præpositionibus, A, ab, ad, con, de, e, ex, in. Idem de Amic. Tu velim à me animum perumpet overtas. Idem ad Quint. Fr. 3. Abduco equidem me ab omni Reipubl: cura.

APPENDIX II. Gen: pro Sup: Cl.

Cicero sæpè invadendi verbò vitus repetita

præpo-

præpositione. Aspirandi verbi elegans est usus, cum conatum quendam aliquò perveniendi, atque alicujus rei adipiscendæ adsignificat, efferturq; negatione aut interrogatione. Cic: in Brut. *Es bellica laude nemo aspirare ad Africanum potest.* Idem 3. Verr: *Quod enim ad meam pecuniam me invito aspirat.*

CASUS PRÆPOSITIONUM

PRÆCEPTUM II. pro Med: Cl.

Accusativo seruiunt: Ad, apud, & cætera, quæ cum his numerantur in Rudimentis. Cicero in Brut. *In prætorio prope Platonis statuum consedit.* Attic: 12. *Secundum te nihil mihi est amicitius fortitudine.* In Verrem 4. *Erant accepta pecunia à C. Veruvio, sic tamen, ut usque ad alterum R. literæ constarent integra, reliquæ omnes essent in litura.*

PRÆCEPTUM III. pro Med: Cl.

Versus habet casum præcipientis, ut *littora versus*. Versus suo casui postponitur frequenter. Cicero ad Attic: 36. *Verti me à Minturnis Arpinum versus.* Sulp. Cic: lib: 4. *Ex Asia rediens, cum ab Ægina Magarum versus navigarem.*

PRÆCEPTUM IV. pro Med: Cl.

Ablativo gaudent: A, ab, abs, absq; cum reliquis, quæ exponuntur in Rudimentis. Cic: in Pis. *Mibi verò ipsi coram genero meo, propinquo tuo, quæ dicere ausus es.* Idem ad Attic: lib: 15. *Clam illis ea vidit.* Ter: Heaut: *Præ iracundia Menedeme non sum apud me.* Livius ab urb: 6. *Rem creditori*

tori palam populo solvit. Ibidem Bel: Macedo: 7. Haud procul occasu solis redeundi in castra tempus erat.

APPENDIX II. Gen: pro S. Cl.

Clam apud veteres accusandi casui jungitur. Plaut: Cæs. *Bona multa faciam clam meam bene uxorem.* Sed non Videtur usurpandum.

PRÆCEPTUM V. pro Med. Cl.

TENUS, quemadmodum versus, postponitur, ac fere patrium casum desiderat, si nomen sit multitudinis. Cic: in Orat; *Et Cepheus conditur ante lumborum tenus.* Cæs: Cic: lib: 8. *Rumores illi de comitiis Cumarum tenus valuerunt.*

2. Sin singulare sit nomen, fere Ablativò gaudet. Livius Bel: Pun. 7. *Adeo nudaverat, vada: ut alibi umbilico tenus aqua esset, &c.* Cic: pro Dejot: *Antiochus Tauro tenus regnare jussus est.*

A, ab, abs, Præceptum VI. pro Med: Cl.

A Consonantibus præponitur, Cic: Phil: 3. *Antonius a fronte, à tergo, à lateribus tenetur.* Ab vocalibus. Attic: lib: 1. *Cura & office, ut ab omnibus laudemur, & amemur.* Nonnullis etiam consonantibus. Pro Cluen. *Ab nullo ille liberatus, quam à Cluentio tractatus est.* Attic: 5. *Rex ab Senatu appellatus est.* Præcipue L, R, & J, ut *ab Legatis, ab Romanis, ab Jove.*

2. Abs præponitur literæ T, & interdum. Q. Ter: Andr. *O Dave, itané contemnor abs te?* Idem Adel: *Abs quovis homine beneficium accipere gratum est.*

APPENDIX II. Gen: P. S. Cl.

Historici, præcipuè Livius, liberius utuntur præpositione *ab*, *ab classe*, *ab Carthagine*, *ab Dictatore*, *ab Numa & Gallis*, &c. Quæ passim imitanda non videntur, nisi fortè in Historia conscribenda.

In, Sub, Super, & Subter.

PRÆCEPTUM VII. pro Med: Cl.

I*N*, *sub*, *super*, modo Accusativum, modo Ablativum, pro varia significatione postulant.

2. *In*, cum verbis motûs Accusativum amat. Cic: de senect. *Vento in turiam frequens*. Idem in Catil. *In exilium proficiscere*.

3. Item: pro *erga*, *contra*, *ad*, *pro*, *per*, . Ut: *Brutus fuit pius in patriam, crudelis in liberos*. Ter: Andr: *Olera & pisciculos minutos fero obold*, *in cœnam seni*. Cic: in Cat: *Crescit in dies singulos hostium numerus*.

4. Dum verò quies, aut aliquid fieri in loco significatur, Ablativò gaudent. i. de leg. *In viridi opacaq; ripa inambulantes*. Ad Attic: l. 12. *In hac solitudine careo omnium colloquid*.

5. Et cum ponitur pro *Inter*. Cic: de Amic: *Hoc præmum sentio, nisi in bonis avicitiâ esse non posse*.

S*U**B*, ferè Accusandi casum postulat, cum tempus adsignificatur, pro *paulò*, *ante*, *circiter*, *per*; ut: *sub vesperum*. Cæs: Bel: Civ: 1. *Pompejus sub noctem naves solvit*. Liv: Bel: Pun: 2. *Sub equestris finem certaminis, coorta est peditum pugna*.

2. Item pro *post*. Cic: Plan: lib: 10. *Sub eas literas statim recitatae sunt tuae.*

3. Et cum verbis motus. Cic: 2. Phil: *Nisi ille se sub scalas tabernae librariae coniecisset.*

4. Cum verbis quietis Ablativum poscit. Virgil: Ecl: 7. *Et si quid cessare potes, requiesce sub umbra.* Cic: Phil: 2. *Sub nomine pacis bellum latet.*

Super ferè Accusativo servit, cum praepositioni subter contraria est; maxime, cum motus significatur. Cic: 2. de leg: *Demetrius super tumulum noluit quid statui, nisi columellam.*

2. Item cum significat *inter*. Curt: 7. *Debellaturus super mensam Alexandrum.*

3. Ablativo adjungitur, cum pro *de* ponitur. Cic: ad Attic: 16. *Hac super se scribam ad te Rhegiò* Et interdum cum verbo quietis, maxime apud Poetas pro *in*. Virg: Æneid: *Gemina super arbore sidunt.* Idem Ecl: 1. *Fronde super viridi.*

Subter, ferè Accusandi casum poscit, sive quietis, sive motus verbis adjungatur. Cic: Tusc: 3. *Plato iram in pectore, cupiditatem subter, praecordia locavit.*

APPENDIX II. Generis pro Med: Cl.

Interdum, apud Poetas potissimum, Ablativum habet. Virg: 9. *Ferre libet subter densa testudine casus.*

Praepositio versa in Adverbium.

PRÆCEPTUM VIII. pro Med: Cl.

Praepositio, cum casu privatur, in adverbium migrat. Cic: ad Attic: 4. *Tu adventare, ac propèssesse jam debes.* Idem pro Flac: *Multis post annis*

nis pecunia recuperata est. Cicero de Nat. 9. Sensibus & animo ea, quæ extra sunt, percipimus. Ad Attic: 14. Quatriduo ante ad eum scripseram. Hujus generis sunt: Ante, contra, circa, circum, circiter, extra, infra, post, propè, penè, ultra, usq; & aliæ nonnullæ.

Præpositiones aliis præpositionibus præpositæ.

PRÆCEPTUM IX. pro Media Cl.

Præpositiones nonnunquam aliis præpositionibus præponuntur: Cicero ad Attic: 3. De Quint: Fr: nuntii nobis tristes, nec varii venerunt ex ante diem nonas, Junias, usq; ad pridie Calendas Septembris.

Usq; tamen serè alteram præpositionem desiderat. Idem in Verrem 5. Maximis in laboribus usq; ad summam senectutem summa cum gloria vixit. Ter: Eu. Ex Æthiopia est usq; ad hæc. Cic: de Nat: 1. Usq; à Thalete enumerasti sententias Philosophorum.

2. Quodsi adjungatur nominibus Oppidorum, sæpè alteram præpositionem respuit. Cic: in Verrem 1: 6. Sacerdotes usq; Enim profecti sunt. Idem Attic: 5. Appius profectus est Tarsum usq; Ter: Adelph: Miletum usq; obsecros;

DE CONSTRUCTIONE.

ADVERBII

CAPUT XVII.

De Nominativo post Adverbium.

PRÆCEPTUM I. pro Med: Cl.

Restum vel quartum casum En atq; Ecce repossunt. En,

EN, Ecce, nominandi, seu accusandi casum ad-
mittunt. Cic: in Verrem 6: *Ecce nova turba,*
atq; rixa. De fin: 2. *Ecce miserum hominem.*
Plaut: Amph: *En tectam, en tegulas, en obauctas*
fores.

APPENDIX II. pro Med: Cl.

Apponitur & dativus Tibi, non sine lepore. Cic:
ad Att: 2. *Cum hoc maxime scriberem, ecce tibi*
Sebosus. Idem lib: 3. Offic. *Ecce tibi, qui Rex*
populi Romani, dominusq; omnium gentium esse
concupierit.

De Genitivo post Adverbium.

PRÆCEPTUM II. pro Med: Cl.

Affatim amat patrium, partim, satis, instar, abunde,
Et nimis, atq; perum, pro causa adjungitur ergo.

Affatim, Ergo, (pro causa,) & reliqua, geniti-
vum casum postulant. Ter. Phorm. *Satis jam*
verborum est. Cic: de Clar: *Plato mihi unus*
instar est omnium. Livius Bel: Maced: 7. *Victo-*
ria navalis ergo in unum diem supplicatio decre-
ta est. Cic: de opt: *Atq; ita predicaretur cum*
donari virtutis ergo Idem 2. de Orat: *Sed eorum*
partim in pompa, partim in acie illustres esse vo-
luerunt.

Sunt patrio contenta gradus adverbia summi;
Sæpe locò patrii sextum ex præeunte capiunt.

2. Item adverbia superlativa a nominibus orta.
Cic: de clar. *Maxime omnium nobilium Græcis*
literis studuit. Ibidem: *Sæpissime audiō illum o-*
mnium fere Oratorum Latine loqui elegantissime.

3. Genitivus hic in Ablativum cum præpositione
inigræ

migrare potest. Cicero ibidem. *Piso maxime ex omnibus, qui ante fuerunt, Græcis doctrinis eruditus.*

4. *Ubi, ubinam, ubicunq̄, ubivis, quovis, quoquo, nusquam, genitivos, terrarum, gentium, eleganter admittunt Cic: ad Attic: 5. Quid ageres? ubi terrarum esses? ne suspicabat quidem. Ter: Adel: Fratrem nusquam invenio gentium. Dicitur & longe gentium. Cicero ad Attic: 3. Longè gentium abes.*

5. Huc spectant adverbia: *Eò, buc.* Livius Bel: Pun: 5. *Eò consuetudinis adducta res erat, &c. Curt: 6. Huc enim malorum ventum est, &c.*

Rina dies composta gradu stipata, rogandi Vel quarto sociata vigent, gaudentq̄, Calendis.

6. *Pridie, & postridie, & genitivum & accusativum casum postulant. Attic: 1. Pridie ejus diei venit. Idem App: 3. Pridie Nonas Junii cum essem Brunausii, &c. Cæs. Bel: Gal: 1. Postridie ejus diei Casar praesidii utriusq̄ castris, quod satis esse visum est, reliquit. Cic: Att: Postridie Ludos Apollinares.*

APPENDIX II. pro Med: Cl.

Adverbium *tunc*, genitivum temporis admittit, qui tamen raro apud idoneos reperitur. Justin. 5. *Sed de gente obscura tunc temporis Persarum Regi Cambisi.*

De dativo post Adverbium.

PRÆCEPTUM III. pro Med: Cl.

Quædam, more patrum, ternum sumpsere regendum.

Quæ.

Quædam dandi casum poscunt more eorum, unde deducuntur: Ut: congruenter, convenienterq; natura vivere, dicere convenienter rationi, obviam alicui ire, procedere, prodire; nam congruens, conveniens, obvius, dativo gaudent. Cic: de fin: 2. Non quero, quid dicat, sed quid convenienter rationi possit, & sententia sua dicere. Idem Phil: 2. Cæsari ex Hispania redeunti, obviam longissime processisti.

De Accusativo post Adverbium.

PRÆCEPTUM IV. pro Med: Cl.

Proximè amat quartum, propius dilexit eundem.

Propius, proximè, Accusandi casum exigunt. Cicero ad Oct: Cur castra longius adversariorum castris, & propius urbem moventur. Phil: 8. Brutus operam dat, ut cum suis copiis quam proximè Italiam sit.

APPENDIX pro Supr: Cl.

Jungitur propius aliquando cum præpositione A. Cic: de Nat. Stellæ aliæ propius à terris moventur, aliæ remotius.

Gaudet abhinc, verbis exacti temporis; ergò Natus abhinc annos, vel centum dicimus annis,

Abhinc, verbis præteriti temporis junctum, Accusativum, seu Ablativum postulat. Cic: in Verrem 4. Horum Pater abhinc duos & viginti annos est mortuus. Idem ad Quint. Quo tempore? Abhinc annis quindecim.

Ablativus post Adverbium.

PRÆCEPTUM V. pro Med: Cl.

Collativa sibi referunt adverbia sextum;

Ut

Ut dictō citiūs, justō ampliūs, ociūs Eurō.

Comparativa Ablativō gaudent; Ut, plus, eō, ampliūs. Cicero de Inv. 2. *Lacrymā nihil citiūs arefcit.* Idem ad Curionem 2. *Nemo est, qui tibi sapientiūs svadere possit, te ipsō.* Ter: *Heey: Dies triginta, aut plus eō, in navi.* Idem Heaut: *Annos sexaginta natus es, aut plus eō, ut conjicio.*

APPENDIX II. Gen: pro Sup: Cl.

1. Plus, ampliūs, minus, modō ablativum habent, (ut docent allata exempla,) modō sinē casu ponuntur; sed subducitur conjunctio quām. Terent. Adel. *Homini misero plus quinquagintos colaphos impegit.* Cæs: 4. Bel: Gal: *Cū ipsi non ampliūs quinquagintos equites haberent.* Nec enim accusandi casus ab adverbis reguntur, sed a verbis *impegit, haberent.* Videntur & nominandi casus cum his adverbis jungi, cū a verbis pendent. Cæs: 7. Bel. *Eo die milites sunt minus septingenti desidereti.* Id: 5. *Naves ampliūs octingenta, ano erant visa tempore.*

2. Cum eisdem adverbis junguntur Accusativus & Ablativus casus, mensuram significantes; neq; ab ipsis reguntur, sed casus sunt communes. Virg. *Ita à pariete distent, ut ne plus pateant palmum.* Liv: de Bel: Maced: *Aberat eorum acies paulō plus quingentos passus.* Cæsar: *Millibus ampliūs quingentis in longum patent.*

ADVERBIA LOCI.

PRÆCEPTUM VI. pro Med: Cl

Adverbia, quibus interrogamus, sunt hæc: *Ubi? Annūc? quō? quorsum?*

2. Ad interrogationem ubi, redduntur hæc: *Hic, illic, ibi, inibi, ibidem, alibi, alicubi, ubique, utrobique, ubivis, ubicunque, passim, vulgò, intus, foris, nusquam, longe, peregrè.*

3. Item: *Suprà, subter, infra, antè, post, extrà,* cum sunt adverbia. Cic: ad Torqu: 6. *Nemo est, qui ubivis, quàm ibi, ubi est, esse malit.*

APPENDIX I. Gen: pro Med: Cl.

Hæc dicuntur adverbia in loco, seu quæ referuntur ad quietem, quibus *nuncubi, necubi, sicubi, ubi ubi, uspiam, usquam,* addi possunt, quæ quamvis ad quietem referantur, tamen ad ubi non redduntur. Cic: lib: de leg: *Sive est lex illa scripta uspiam, sive nusquam.* Idem 2. de Offic: *Nec est usquam consilio, aut auctoritati locus.*

4. Ad unde redduntur hæc: *Hinc, isthinc, illinc, inde, indidem, aliunde, undelibet, und:vis, undique, undecunque, undiqueversum, aliunde, utrinque, eminus, cominus, supernè, infernè peregrè, intus, foris.* Ter: Heaut. *Vide, ne quò hinc abeas longius.*

APPENDIX I. Gen: pro Med: Cl.

Hæc appellantur adverbia de loco, seu quæ referuntur ad motum de loco; quibus accedunt: *Sicunde, necunde, intrinsecus, forinsecus, extrinsecus, funditus, radicitus, stirpitus.*

5. Ad quò redduntur hæc: *Huc, isthuc, illuc, eò, eòdem, illò, aliquò, aliò, neutrò, utroque, quoque, quocunque, quovis, quolibet, intrò, foras, peregrè, longe, nusquam.* Ter: Hec: *Abi Parmenio intro, ac me venisse nuntia.*

APPENDIX I. Gen: pro Med: Cl.

Hæc appellantur adverbia ad locum, sive quæ motum ad locum significant, quibus adjungi possunt: *Siquò, nequò, quòpiam, usquam.* Cicero 1. Phil: *Nec verò usquam discedebam.*

6. Ad quâ redduntur hæc: *Hæc, isthac, illac, aliquâ, qualibet, quacunque.* Ter: Eun: *Plenas rimarum sum, hæc atque illac perfluo.*

APPENDIX I. Gen: pro Med: Cl.

Hæc vocantur adverbia per locum, sive quæ referuntur ad motum per locum, quibus, *siquâ, nequâ,* addi possunt.

7. Ad quorsum, id est, quem locum versus, redduntur hæc: *Horsum, istorsum, illorsum, aliorsum, deorsum, fursum, dextrorsum, sinistrorsum, levorsum, prorsum, vursum, introrsum vel introrsus, retrorsum vel retrorsus, quoquoversum, vel quoquoversus.* Ter: Phorm: *Horsum pergunt.* Ibidem. *Sex ego te totos, Parmenio, hos menses quietum reddam, ne fursum, deorsum currites.*

PRÆCEPTUM VII. pro Med: Cl.

UT pro postquam indicativum petit: Cic: Att: 7. *Ut ab urbe discessi, nullum prætermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem.* Item pro quomodo, cum quadam admiratione. Idem Att: 7. *Cnejus noster, o rem miseram, & incredibilem! ut totus jacet?*

Post has voces: *Adeò ita, sic, talis, tantus tot;* ferè nunquam ponitur quòd, sed ut, cum subjunctivo: Cicero pro Rab: *Adeone hostes hujusce urbis,*

132 *Caput XVII. de Constructione*
adeone ignarus es disciplinae, consuetudinisque nostrae, ut haec nescias? Tusc: 2. Non sum ita bebes, ut ista dicam.

Antequam & Priusquam.

PRÆCEPTUM VIII. pro Med: Cl.

ANtequam tum indicativis, tum conjunctivis jungitur. Ter: Andr. *Experiri omnia certum est, antequam peream*, Cic: pro Mur: *Ant quam pro Murena dicere instituo, pro me ipso pauca dicam.* Phil. 2. *Antequam de Republica Patres C. dicant ea, quae dicenda hoc tempore arbitror, exponam vobis breviter consilium profectiois & reversionis meae.*

2. *Priusquam* iisdem modis gaudet. Idem Phil: 1. *Priusquam de Rep. dicere incipio.* Pro Mil: *Priusquam hoc tantum mali videro.* Sal: Catil: *Priusquam incipias consulito: ubi consulueris, mature facto opus est.*

Ne & Næ: Præceptum IX. pro Med: Cl.

NE, subjunctivum poscit, cum aliquid prohibemus. Ter: Eun. *Ne post conferas culpam in me.* Livius Bel: Pun: 10. *Ne tot annorum felicitatem in unius horae dederis discrimen.*

2. Poscit & imperativum, maxime apud Poetas. Plaut. *Persa abi, ne jura: satis credo.* Virg: *Æn. 7. Ne fugite hospitium, neve ignorete Latinos.*

3. *Næ*, hoc est, profectò, ferè pronomini praepositur, & indicativum, vel conjunctivum, vel potentialem modum poscit. Ter: Adel: *Næ ego homo sum infelix.* Cicero Phil. 1. *Næ tu, si id fecisses, melius famæ tuæ consulisses.* Tusc: 1. *Næ ille*

vir

vir sapiens latius ex his tenebris, in lucem illam excesserit.

Per, Perquam. Præcept. X. pro Med: Cl.

PER, perquam, sanè, valde, oppidò, imprimis, cumprimis, apprimè, admodum, vebementer, & alia id genus, ferè positivis gaudent. Cic: de fin. *Hac quidem est perfacilis, & perexpedita defensio.* Idem de Orat: 2. *Quod mihi quidem perquam puerile videri solet.* Idem ad Ter: *Sin ad vos pertinerent, servirent, præterquam oppidò pauci.* Idem in Verrem 3. *Philodamus erat imprimis, in te r suos copiosus.* Ibidem: C. *Mustius homo cumprimis honestus.*

Quàm Præceptum XI. pro Med: Cl.

QUÀM, cum admirationi, commiserationi, atq; Interrogationi cum admiratione permisse servit, positivis jungitur. Cic: de Amic: *Quàm multa, quæ nostrà causà nunquam faceremus, facimus tamen causà amicorum.*

2. Quàm pro quantum, positivis præponitur. Cic: Trebatio l. 7. *Quàm sint morosi, qui amant, vel ex hoc intelligi potest.*

3. Verum sequente Verbo possum, superlativis adjungitur. Cic: Epist: l. 15. *Quàm potui maximis itineribus, ad manum exercitum duxi.* 2. de Nat: *Aves nidos construunt, eosq; quàm possunt molliissime, substernunt.*

4. Sæpè Verbum possum desideratur. Idem Tir: l. 16. *Sed peto à te, ut quàm celerrimè mihi librarius mittatur.* Hoc est, quàm celerrimè fieri potest. Idem in Top. *Ea quàm subtilissime persequantur.*

5. Quam, ut eleganter comparativa sequitur. Idem de Orat. 1. *Hoc altius est, quam ut nos humili strati suspicere possimus.*

6. Quam pro *Valde*, superlativis, eleganter adjungitur. Cicero Verr: 13. *Vehebementer rogo, ut cures, ut ex hac mea commendatione mihi Caspius quam maximas, quam primum, quam sepius gratias agat.*

Nisi fortè verbum possum lateat: ut fit, (quam *maximas*) pro *quam potest maximas*.

APPENDIX I. Gen: pro Med. Cl.

Quam pro *valde*, etiam positiva videtur admittere. Cic: in Brut. *Quam non diligenter elaboratas, etiam quam lucubratas efferebamus.* Cæs: de Bel: Gal: *Ut quam celerem atque instabilem motum haberet.* Cicero Quint: Fr: 2. *Nam quod de Pompejo Caninius sanè quam refrixit.*

Tam Quam.

PRÆCEPTUM XII. pro Med: Cl.

TAM & quam positiva frequentissime, superlativa rariùs, comparativa rarissime copulant. Cicero in Orat. *Nemo Orator tam multa in Græco quidem otio scripsit, quam multa sunt nostra.* Sal. Jug: *Quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est.* Ter: Heaut: *Namque adolescens quam minima in spe situs erit, tam facillime patris pacem in leges conficiet suas.* Cic pro Dejot: *Per dexteram te istam oro, quam Regi Dejotaro, hospes hostiti porrexisti; istam inquam dexteram non tam in bellis & præliis, quam in promissis & fide firmiorem.*

2. Ponitur interdum *Tam* separatim cum superlativo. Cic: Phil: 12. *Nondum erat vestris tam gravissimis, tamque multis judiciis ignominiosisque concisus.*

Quod tamen passim usurpandum non videtur

APPENDIX II. Gen: pro Sup: Cl.

Tam, quam, pro tanto, quanto, raro reperiuntur comparativo juncta. Virg: 7. *Æn. Tam magis illa fremens, & tristibus æffa flammis, quam magis effuso crudescunt sanguine pugne. Tam, quam* cum superlativo præcedente pro adverbis *ut, ita,* ponuntur. Sic enim Sallustii locus exponi potest. *Ut quisque pessime fecit, ita maxime tutus est.*

Adverbia in *Um, & in O* finita.

PRÆCEPTUM XIII. pro Med: Cl.

Um, quibus est finis, positivo adverbia junges.

Adverbia in *Um,* ferè positivis gaudent: Ut *parum, multum, nimium, aliquantum.* Cicero Attic: 10. *Parum firma sunt, que de fratre meo scribis.* Idem in Rull: 2. *Socer bujus vir multum bonus est.* Idem Epist: 1. 5. Epist. 13. ad Lucillum. *Aliquantum labefactata, atque convulsa.*

SCHOLIION.

Tantum, quantum, non tam videntur nominibus jungi, quam verbis. Cic: 1. 1. Epist. 7. *Gratiâ tantum possumus, quantum videti.*

APPENDIX II. Gen: pro Supr: Cl.

Aliquantum raro jungitur comparativo. Ter: in Eun. *Ejus frater aliquantum est ad rem attentior.* Id jam non videtur usurpandum.

*O finita gradus medii funguntur honore;
Ut: rabies multò sevius trusulentior ursis.*

O Finita comparativo adhærent: Ut, paulò nimid, aliquantò, tantò, eò, quò, multò, hòc, pro tantò, nihilò. Cicero de Offic: lib: 1. *Quantò superiores sumus, tantò submissius nos geramus.* Idem de Andr: *Nec verò corpori solùm subveniendum est, sed etiam menti atque animo multò magis.* Planc: Cic: 10. *Certè hic majus habes testimonium amoris mei, quò maturius tibi, quàm cæteris, consilia mea volui esse nota.* Lucil: 5. *Ego valeo, sicut soleo, paulò tamen etiam deterius, quàm soleo.* Cic: in Ver: 7. *Nihilò diligentior ad classem ornandam.*

APPENDIX I. Gen: pro Med: Cl.

*Multò etiam vult sepè gradus adhibere supremos,
Quos facile & longè pro valde habuere frequenter.*

1. *Multò etiam superlativis additur.* Cicero in Verrem 1. *Cùm omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii atque eloquentia multò molestissima.*

2. *Item longè pro multò.* Idem in Brutum. *Longè post natos homines improbissimus.*

3. *Facile* (cùm sinè dubio, sinè controversia significat,) superlativis gaudet, aut iis, quæ eorum vim habent. Idem pro Rab: Posth. *Virum unum totius Græciæ facile doctissimum. Platonem in maximis periculis insidiisque versatum esse accipimus.* Idem pro Sex: Rosc: *Non solùm sui municipii, verùm etiam ejus vicinitatis facile primus.* Pro Cl. *Regionis illius & vicinitatis virtute, estimatione, nobilitate facile princeps.*

APPEN.

APPENDIX II. Gen: pro^sSupr: Cl.

1. *Longè*, pro *multò*, etiam jungitur comparativo. Virg: 9. *At pedibus longè melior Lycius.*
2. Pro *Valdè* jungitur & iis omnibus, quæ vim superlativi habent. Cic: Brut: 13. *L. Castronius Pætus longè Princeps municipii Lucensis.* 4. Ver: *Longè primus civitatis est Epicrates.*
3. Præterea nominibus, quæ diversitatem, dissimilitudinemque significant: Ut, *Longè, alius, dispar, dissimilis.* Idem pro Font: *O fortunam longè disparem Mar. Fontei.*
4. Item adverbis: *aliter, secùs, antè, post,* & verbis: *Antecello, præsto antepono,* quæ adverbium *multò* etiam admittunt.

DE CONSTRUCTIONE.

INTERJECTIONIS.

CAPUT XVIII.

PRÆCEPTUM I. pro Media Cl.

O, heu, prob, reatum, quartum, quintumque reposcunt.
Hei, ve, comperies, passim conjuncta dativo.

O Tribus casibus adjungitur: nominandi. Ter:
 Phorm. *O vir fortis atque amicus!* Accusandi.
 Cic: Ter: lib: 14. *O me perditum! O me afflictum!*
 Vocandi. Ter: Andr. *O Dave! itane contemnor*
abs te?

Heu & *prob*, modò nominandi vel potius vocandi casum postulant. Virg: 6. *Heu pietas, heu prisca fides!* Livius Bel: Pun: *Tantum, prob, dolor! d generavimus à Parentibus nostris!* Modò Accusandi. Cic: Phil: 7. *Heu me miserum! cur senatum.*

tum cogor, quem semper laudavi, reprehendere?
Idem in Ver: 5. *Proh, Deum, hominumque fidem!*

2. *Hei, vae*, dativô gaudent. Ter: *Heaut: Hei misero mibi!*

APPENDIX I. Gen: pro. Supr: Cl.

1. Interdum o omittitur, cum nimirum levior est affectus. Cic: in Pis: *Miserum me! cum hac me peste atque labe confero.* Idem Attic. 10. *Me cœcum! qui, hac ante non viderim.*

2. Non solum cum adverbium est vocandi, vocativo adhæret, verum etiam cum est interjectio. Idem in Pis. *O paterni generis oblite! materni via memor!*

3. Proh, apud Cic: 2. Phil. apertissimè vocativum habet. *Que enim res unquam (proh sancte Jupiter!) non modò in hac urbe, &c.*

4. Heu, etiam dativô gaudet. Plau: Mil. *Heu, mibi! nequeo quin fleam.* Idem Mart: *Heu misero, mibi!* Ter: Eun. *Heu mibi!*

5: Hei interdum vocativo additur: Plaut: Aul. *Hei Megadore, baud decorum facinus meis factis, facis?*

6. Cedo, cum verbum sit imperativi modi, non est, cur interjectionibus adnumeretur, postulat Accusativum. Cic: in Ver. *Cedo tabulas.* Vel dativum personæ cum Accusativo. Idem 3. in Ver. *Cedo mibi leges Atinias.*

DE CONSTRUCTIONE CONJUNCTIONIS. CAPUT XIX.

PRÆ-

PRÆCEPTUM I. pro Med: Cl.

*Si vox disjungens, aut neciens copula voces,
Ad verbum referantur: idem: ponantur oportet
Consimiles, utrinque gradus: An, jungit eisdem,
Quam, nisi, præterquam: vocum, nisi certa resistet
Proprietas: Ut: malo domi, quam rure morari.*

Conjunctiones Copulativæ, & Disjunctivæ, cum
ad idem verbum referuntur, similes casus conne-
ctunt. Phil: 12. *Quis, non doleat interitum talis
& viri, & civis?* Idem de Senect. *Quid de præ-
torum viriditate, aut arborum ordinibus, aut
vinearum olivetorumque specie dicam?*

Quam, Nisi, An, Præterquam.

PRÆCEPTUM II. pro Med: Cl.

Quam, nisi, an, præterquam, eisdem. itidem ca-
sus postulant. Cic: ad Attic. 3. *Existimas ab
ullo malle me legi probarique, quam à te?* Cicero
pro Sext. *Quem unquam Senatus civem, nisi me-
nationibus exteris commendavit?* De Orat: 3.
*Refert etiam, qui audiant Senatus, an populus,
an judices.* In Catil. *Pro tantis rebus nullum à
vobis premium postulo, præterquam, hujus diei me-
moriam sempiternam.*

EXCEPTIO. pro Med: Cl.

Aliquando huic constructioni certa dictionum pro-
prietas obstat. Ut, *fui Romæ & Athenis. Aut Brun-
dusii, aut Sulmone mortuus est. Emistine librum
centusse, an minoris? Malim Panormi, quam Sy-
racusis esse.*

Et si, Tametsi, Quanquam.

PRÆCEPTUM III. pro Med: Cl.

ETsi, tametsi, quanquam, in principio statim sententiæ indicativum postulant. Cicero pro Mil: *Etsi vereor, judices, &c. Lentul. 1. Tametsi nihil mihi fuit optatius. Planc 16. Quanquam gratiarum actionem a te non desiderabam.*

2. Cæteris locis non respuunt Coniunctivum. Cic: 2. de Orat. *Erantquæ qui quanquam hæc ita se scribere arbitrarentur, tamen &c.*

APPENDIX I. Generis, pro Med: Cl.

Frequentius tamen hæc etiam in media & extrema periodo cum indicativo junguntur. Cicero ad Cæf. *Præposteros habet tabellarios, etsi me quidem non offendunt, sed tamen &c.* Idem ad Cæf: 15. *In integro res vobis erit, quanquam quicum loquor;* & alibi sæpissimè.

Etiamfi, quamvis, licet, ut pro quamvis.

PRÆCEPTUM IV. pro Med: Cl:

Etiamfi, quamvis, licet, ut pro quamvis, sub iunctivo gaudent. Cicero de amic. *Omnia breviter tolerabilia esse debent, etiamfi maxima sint.* Idem Phil: 1. *Homines quamvis in rebus turbidis sint, tamen &c.* Idem post reditum in Senat. *Tantus vester consensus de salute mea fuit, ut licet corpus abesset meum, dignitas in patriam revertisset.* Pro Qu. *Ut summa haberem cætera, temporis quid in certè vix satis habui.*

APPENDIX pro Med. Cl.

1. Non raro tamen etiamfi Indicativo iunctum reperies, præsertim in media comprehensione. Cicero de Orat. *Illud tertium etiamfi opus est, &c.* Idem Phil: 2. *In quibus etiamfi non erunt insti-*

die, &c. Item ad Tironem lib: 16. *Etiamsi quid scribas, non habebis: scribas tamen.*

2. *Si*, pro *quamvis*, conjunctivo jungitur. Ter. Eun: *Redeam? non si me obsecret.*

APPENDIX II. Gen: pro Med: Cl.

Quamvis interdum indicativo adhæret; præsertim apud Poetas. Col. l. 9. c. 6. *Quamvis doctissimi viri auctoritatem reverebar.* Virgil: *Æneid.*

3. *Quamvis* solus avem cælo dejecit ab alto.

PRÆCEPTUM V. pro Med: Cl.

Vereor, Timeo, Metuo, conjunctivum amant, & cum *Ut* aut *Ne* junguntur, sed contraria ferè significatione: *Vereor, ne prodeat*, significat non prodibit. *Vereor, ut prodeat*, significat fortè prodibit, vel innuit proditurum. *Vereor, ut velim*, significat: metuo id, quod velim, non fiat. *Vereor, ne nolim*, significat metuo id, quod nolim, fiet. Ter: Phorm. *Vereor, ut placari possit.* Idem Andr: *Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.*

2. *Ne non*, idem est, quod *ut*. Attic: 6. *Timeo, ne non impetrem.* Cic: ad Attic: 7. *Si manet, vereor, ne exercitum firmum habere non possit.*

3. Si tertiam addideris negationem, te omni metu liberum significabis. Idem in Verrem 6. *Non vereor, ne hoc officium meum Publio Servilio non probem, hoc est, non dubito, quin hoc officium meum Publio Servilio sim probaturus.*

PRÆCEPTUM VI. pro Med: Cl.

UT *Ne*, pervenuste ponitur pro *Ne*, vel potius pro *Ut* non. Cicero in Verrem act: 3. *Impe-*

trant,

trant, ut ne jurent. Idem ad Quint: Frat: lib: 5. Opera datur, ut judicia ne fiant. Idem Brut: lib: 13. Semper animadverti studiosè operam te dare, ut ne quid meorum tibi esset ignotum.

2. *Ni, Nisi, Si,* tum indicativum tum conjunctivum amant. Terent. Andr: *Mirum, ni domi est.* Cic: in Ver: *Nisi restituisent statuas, vehementer his minatur.* Idem de Amic: *Ortum quidem amicitiaè videtis: nisi quid adhuc vobis forte vultis.* Ibidem. *Nisi immortalitatem optare vellet: quid non est adeptus, quod homini fas esset optare.* Ter: Andr: *Si illum relinquo, ejus vitæ timeo: sin optulor, hujus minas &c.* Cic: ad Attic: 13. *Si hortos inspexeris, dederis mihi, quod ad te scribam.*

Quòd, Quia, Quoniam.

PRÆCEPTUM VII: pro Med: Cl.

Quòd, cum causam ac rationem reddit, & Quia pro Quòd, tum indicativò, tum conjunctivò gaudent. Att: 2. *Fecisti mihi pergratum, quòd Serapionis librum ad me misisti.* Cic: ad Att. lib: 9. *Admiratus sum, quòd ad me tuâ manu scripsisses.* Idem de amic: *Sed quia natura mutari non potest: idcirco &c.* Ibidem. *Recordatione nostræ amicitiaè sic fruor, ut beatè vixisse videar, quia cum Scipione vixerim.* De fin: 6. *Nequè quisquam est, qui dolorem ipsam, quia dolor sit, amet.* Ver: 2. *Quarta autem est urbs, quæ, quia postremùm edificata est, Neapolis nominatur.*

Quoniam, indicativum frequenter usurpat, & fere certam causam cognitamquè significat. Cic: pro Planc. *Quoniam tu ita vis, nimium me gratum esse concedam.*

APPENDIX I. Gen: pro Med: Cl.

I. Verbum Videor conjunctionem *Quoddam* refugit. Ne ergo dixeris: *Videtur mihi, quod sim doctus, es doctus, quoddam ille est vir doctus; sed videor mihi esse doctus; videris mihi esse vir doctus; ille sibi videtur esse vir doctus.* Et Numero multitudinis eodem modo: *Videmur nobis esse docti; vide-mini vobis esse docti; illi videntur sibi esse viri docti.* Cicero ad Attic: 9. *Amens mihi fuisse videor.* Phil: 2. *Nescio, quid turbatus mihi esse videris.* Ter: And: *Subtristis visus est esse aliquantulum mihi.* Liv: Bel: Pun: 8. *Ne tibi P. Corneli cum ex alto Africam conspexeris, ludus & jocus fuisse Hispaniae tuae videbuntur.*

DE CONSTRUCTIONE

FIGURATA.

CAPUT XX.

Pro Suprema Schola Grammaticæ.

PRÆCEPTUM I.

O Ratio tres virtutes habere debet: ut emendata, ut dilucida, ut ornata sit; quibus virtutibus totidem vitia contraria sunt. Nam emendatæ, barbæræ, dilucidæ, obscuræ, ornatæ, inornatae adverstantur.

Barbæræ orationis vitia.

PRÆCEPTUM II.

Bina emendata certant vitiare nitorem

Monstra: solœcismi soboles, & barbæra lexis.

Duo sunt vitia, quibus oratio barbæra atque rustica efficitur, Solœcismus, & Barbærisimus,

quæ.

quæ, qui purè & emendatè loqui volet, omni contentione, & velis (ut ita dicam) remisquè fugiet.

Quid sit Solæcismus? & quot modis fiat:

PRÆCEPTUM III.

Esto solæcismus, quoties malè verba coherent Singula; barbaries etenim corrumpere solum Verba potest: ast hic verborum abrumpere nexus Nititur, adjiciens, quæ sunt removenda; repellens, Quæ meritò adjicienda forent; prius ordine ponit Posterius, pro parte aliam sine jure reponit.

Solæcismus constructionis, atquè emendatæ orationis, (de qua hactenus egimus) hostis insensibilissimus, est vitiosa partium orationis compositio. Is fit quatuor modis: Adjectione: Ut: *scribo cum calamo, ludo cum pila.*

Detractione: cum aliquid eodem modo detrahatur: Ut: *Eo forum, redeo agrò, pro ex agro: ne hoc fecit; pro ne hoc quidem fecit.*

Transmutatione: cum partium orationis ordo turbatur: Ut, *quoquè ego. Enim hoc voluit, autem non habuit: Ne quidem hoc: pro ne hoc quidem.*

Immutatione: cum pars una orationis pro alia ponitur: *Stulti gravè ferunt res adversas: gravè pro graviter, nomen pro adverbio.*

2. Fiunt Solæcismi etiam per cæteras orationis partes. Item per ea, quæ cognata sunt, id est, ejusdem generis ac partis: Ut, *Eo intus; sunt intro, quid tunc agis? Quando hic venisti? Eo apud forum, Scripsitne Cicero hanc orationem, aut Hortensius? aut pro an, pro: Quid hic agis? Quando huc venisti? Eo in forum.*

3. Deniquè & per ea, quæ partibus orationis accidunt.

Per genera: Ut: *sapientes leto fronte res adversas ferunt*, pro *leta fronte*.

Per casus: *Quò is? Rome*, pro *Romam*, *Venio Brundusii*, pro *Brundusio*.

Per numeros: Si unum ad te vocans dicas: *Venite*, pro *veni*.

Per personas: Si quempiam honoris causâ ita alloquaris: *Sedeat*, *accedat*, pro *sede*, *accede*.

Per modos: Ut, *peto à te, ut mihi opem feras*, pro *feras*.

Per genera verborum: Ut, *mox redeam*, pro *re-
dibo*; ponitur enim activum pro neutro.

A P P E N D I X.

Fuerunt (ut ait *Quintilianus libro 1. cap: 5.*) qui adjectionis vitium *Pleonasmus*, Detractionis *Eclipsim*, Transmutationis *Anastropben* appellarent, negantes hæc vitia species esse *Solœcismi*: quorum sententia ita probanda est, si hæc ad figuratam orationem pertineant, aut si quando apud probatos Scriptores reperiantur.

Quid sit figurata constructio?

Quid Figura?

PRÆCEPTUM IV. pro Supr. Cl.

Ne tamen incautus fugias imitando figuras:

Accipe, quas Proceres olim finxere Latini.

Ipsa figura novum dicta est genus esse loquendi;

Haud ratione carens, vulgi sed ab ore remotam.

Cum apud viros doctos, & qui pura loquendi laude floruerunt, aliquid legerimus, quod Gram-

maticorum legibus repugnare videatur: non continuo existimabimus eos Solœcismum fecisse, cum ipsorum auctoritati testimoniisque soleant Grammatici ipsi sua præcepta confirmare. Nam sunt quædam, quæ faciem quidem solœcismi habent, vitiosa tamen non sunt. Hæc novum loquendi genus *Figura verborum*, aut *sermonis*, aut *orationis*, sive ut Græci loquuntur *Σχηματισμός* appellatur. Est enim figura nova loquendi ratio, à trito, & vulgari sermone remota, quæ ferè ratione aliqua, usus è difertorum nititur.

ENALLAGE.

Munus Enallage habet partem pro parte locandi; ut:

Pars infrusta secant, Bathroti ascendimus urbem:

Enallage figura est, cum pars una orationis pro alia ponitur; ut: *vivere pro vita; nullus pro non; factò pro fieri.* Cic: ad Attic: l. 15. *Quàm turpis est assentatio, cum vivere ipsum turpe sit nobis.* Idem ad Eund: *Philotimus non modò nullus venit.* Terent: Andr: *Ita factò opus est.*

APPENDIX.

1. Sunt & alia nomina, quæ pro adverbis ponuntur; ut: *Recens, sublimè, frequens.* Sveton: in Syb: cap: 1. *Inde Romam recens conditam cum magna clientum caterva commigravit.* Cic: lib: 2. de Div: *Eaque scuta, quæ fuerant sublimè fixa, sunt humi inventa.* Idem de Amic: *Venio in Senatum frequens.* Sic *torvum, horrendum*, & alia id genus apud Pœtas. Nomen interdum locò Interjectionis indignantis ponitur. Cic: in Catil lib:

4. *Quæ (malum) fuit ista amentia!* *Contrâ*, adverbium aliquando partes nominis agit. Plaut: Marc: *Benè fit tibi.* Cic: ad Attic: lib: 5. *Malè fit Antonio.* Sic: *fat, fatis, abundè, parum,* de quibus in constructione Adverbii dictum est. Deniquè verbum locò Interjectionis blandientis. Cic: ad Attic: lib: 5. *Amabo te, incumbe in eam rem.*

2. Fit etiam Enallage per attributa partium orationis. Per casus. Pro Sex. Rosc: *Duo isti sunt Titi Roscii, quorum alteri Capitori cognomen est;* pro Capito. Per numeros Plinius lib: 20. cap: 73. *In Africa major pars ferarum non bibunt inopiâ imbrium.* Per modos Terent: Andr: *Si te equò animo ferre accipiet, negligentem feceris,* pro *facies.* Per tempora. Cic: in Ver: lib. 3. *Unum ostende in tabulis aut tuis, aut patris tui: vicisti pro vitceris.*

A P P E N D I X.

Græci *Antiptosin*, propriè appellant, cum casus pro casu ponitur, genus etiam genere permutatur, numerus numero, persona personis, tempus tempore. Permutantur deniquè verborum genera, vide Comment.

E C L I P S I S.

Verba petenda foris, quæcunque subauditur Eclipsis. Ut: fuit urbs quondam, Tyrii tenuère coloni.

Eclipsis figura est, cum id, quod in oratione deest, foris omnino petendum est. Cic: ad Attic: 16. *Ego, si Tiro ad me (subauditur) veniet, cogito in Tusculanum (subauditur) venire.* Idem in Ver: 5. *Ridere convivæ, calumniari ipse Apro-*

nus (subauditur) coepit: Att: l. 13. *Quid mihi auctores (subauditur) ut faciam, aduolone? an mane.* Pro Plan: *Pro uno filio duos patres deprecamur?* (subauditur,) nos. Teren: Adel: Clemens, *placidus nulli laedere est, arridere omnibus* (subauditur,) *solitus erat.*

Z E U G M A.

Suggerit ex verbis aliquid tibi Zeugma propinquis: At genus, & numeros, casusque intacta relinquit; Ut: gener, atque socer, cum dira ruisset in arma.

Zeugma figura est, cum id, quod in oratione desideratur, e proximo assumitur, manente eodem genere, numero, casu, caeterisque attributis. Cic: in ult: parad. *Nulla possessio, nulla vis auri, pluris, quam virtus estimanda est.* Pro C. Rabirio. *Virtus, & honestas, & pudor cum Consulibus esse coegebat.*

A P P E N D I X.

Si id, quod assumitur ad orationem implendam, primum est, *Protozeugma* dicitur. Cic: ad Attic: 16. *Egit Pater, & filius, ut tibi sponderem.* Si medium, *Mezzozeugma*. Auctor ad Her: 4. *Formae dignitas aut morbo deflorescit; aut vetustate.* Si postremum, *Hypozeugma*. Cic: ad Attic: 2. *Mihi & res, & conditio placet.*

S Y L L E P S I S

Cum pars deficiens ex partibus ulla propinquis Suppletur; variante aliquo: Syllepsis habetur; Hoc erit exemplum. Sunt nobis mitia poma, Castaneae molles, & pressi copia lactis.

Syllepsis est, cum id, quod in oratione deest, e

proximo assumitur, mutato tamen genere, aut numero, aut casu, aut aliquo è cæteris accidentibus. Cic: ad Qu: Fr: 2. *Ille timore, ego risu corruui.* Liv: Bel: Mac: 7. *Nemo miles Romanus magis assiduus in castris vestris fuit, quam ego fratresque mei.* Vir: Æn: 3. *Vos o Calliope precor, aspirate canenti.* Ubi intelligit cæteras Musas. Cio: de O-rat: 2. *Quamobrem hoc vos docebo, Sulpici.* Ubi intelligitur etiam Cotta.

P R O L E P S I S.

Partibus attribuit rerum commune Prolepsis, Quod vox significat præsens in partibus ipsis
Mente subauditum; ut: duo Romam auxere potentes
Italiae Reges; Numa pace, & Romulus armis.

Prolepsis est, cum dictio aliqua totum significans præcessit, quæ rursus in partibus intelligitur, neque explicatur. Ut. *duo Reges Romam auxerunt: Romulus bello, Numa pace.* Livius ab urbe 4. *Ita duo deinceps Reges, alius aliam viam, ille bello, hic pace civitatem auxerunt.* Sallust: Bel: Cat: *Exercitus hostium duo, unus ab urbe, alter à Gallia obstant.*

A R C H A I S M U S.

Græce Archaismos, Constructio prisca Latine, Est ea præcipue, quæ quondam est usa vetustas.

Archaismos Constructio est, quæ prisca vetustas potissimum usa est. Ter: Eun. *Nescio, quid profecto absente nobis turbatum est domi; pro absentibus nobis.* Idem ibidem. *Ejicienda est Hercule hac animi mollities, nimis me indulgeo.* Plaut: Milit. Jura. *te non nociturum esse hominem de-*

*hac re neminem. Cicero in Ver: 5. Hanc sibi rem
præsidio sperant futurum, pro futuram.*

HELLENISMUS.

*Fure Hellenismus Danaum, non legibus urbis
Nititur; ut: sacra redimitus tempora lauro.*

Triste lupus stabulis; solus tibi certet Amyntas.

Hellenismus est Constructio, quæ Græci sermonis
leges, non Latini observat. Luc. ad Cic: 3. *Si soli-
tudine delectaris, cum scribas, & agas aliquid eo-
rum, quorum consuevisti, gaudeo.* Virg: Ecl: 3.
Dulce satis humor. Æneid: 1. *Os, humerosque Deo
similis.* Ibidem. *Hæc fatus, latus, humeros sub-
jectaque colla, veste super, fulvique insternor pel-
le leonis.*

Sunt aliæ præterea figuræ penè propriæ Poëtarum,
quæ in Profodiam rejiciuntur.

DE BARBARISMO.

CAPUT XXI.

Pro Suprema Classe Grammaticæ.

*Diçtio si penitus sit barbara, sive Latina,
Sed vitiosa tamen scripto, aut errore loquentis:
Barbara lexis erit: cui sat numerosa propago,
Junctaque disjungit, divisa licentiùs arçtat,
Tollere multa audet de vocibus, addere frustra;
Tardaque dat brevibus passim, cita tempora longis.
Proquè notis alias ponit, de sede revellit
Ac transfert: violat leges, & jura tonorum.*

Barbarismus est diçtio aut omnino barbara, aut
Latina quidem, sed vitiosa, scripto vel pronun-
tatione barbara omnino & peregrina: Ut perla, pro
unione, aviso, pro admoneo, & alia generis ejusdem.

Latina diçtio vitiosa fit pluribus modis. 1. Per

1. Per genera: Ut gladia, pro gladii.
2. Per numeros: Ut scopa, pro scopæ, tritica pro triticum.
3. Per declinationem: Ut vasibus, pro vasis, famēs famei, pro famis.
4. Per conjugationem: Ut præstavi, pro præstiti: consumabo pro consumam: veneravi, pro veneratus sum: legebo, pro legam: &c.
5. Divisione, cum dividimus conjuncta: Ut Siluæ trium, dissoluo quatuor syllabarum: pro Silvæ duarum, dissolvo trium.
6. Complexione; cum divisa conjungimus: Ut Phæton, pro Phæton.
7. Adjectione literæ: Ut follium, pro folium: patrum pro patrum: præcor, pro precor. Aspirationis, ut honus, pro onus. Temporis, quando syllabæ brevi, quæ unum tempus habet additur alterum, ut fiat longa: Ut circumdabo, penultima productâ, pro circumdabo, penultimâ correptâ.
8. Detractione literæ vel syllabæ: ut fanus, pro sanctus, tempta, pro contempta: prest, pro præst. Aspirationis, ut odie, pro hodie. Temporis, cum syllabæ longæ, quæ duo habet tempora, unum detrahitur, ut fiat brevis: Ut sæcundata, penultimâ correptâ, pro sæcundata, penultimâ productâ.
9. Immutatione, cum litera una, aut syllaba pro alia ponitur: Ut set, pro sed, gælde pro gaude.
10. Transmutatione, cum litera aut syllaba e suo loco in alienum transfertur: Ut, interpetror, pro interpreter: tarco pro traho: proffecio, pro processio.
11. Fiunt denique Barbarismi tenore, cum accentu

alio pro alio utimur: Ut si præpositiones à suis casibus separemus, easque tenore acuto, vel inflexo pronuntiamus: Ut ad eum, ab alio, à quibus, circum littora: cum gravi accentu, dissimulata distinctione, simul cum suis casibus pronuntiandæ sint, tanquam si una esset vox,

ADMONITIO pro Supr: Cl.

Cum leges apud Virgilium: reliquias, pro reliquias: alituum, pro alitum: extinxem, pro extinxissem: religio, pro relligio: peculi pro peculi: steterunt penultimâ correptâ: Italiam primâ productâ: cum hæc inquam & alia hisce similia leges: ne putes Principem Pœtarum barbarismum fecisse: multa enim Pœtis conceduntur, quæ cæteris scriptoribus denegantur. Nequè mireris, si apud M. Tullium Oratorum Principem, liberum, nummum, sestertium, pro liberorum nummorum, sestertiorum, cognoram, nōrunt, aliasque id genus verborum immutationes offenderis: nequè enim barbarismi sunt detractione; siquidem à consuetudine certissima loquendi regula impetratum est, ut etiam Oratoribus sic loqui liceret.

OBSCURÆ ORATIONIS

VITIA.

CAPUT XXII.

*Verba insueta nimis generant in mente tenebras,
Rursus & impropriis oratio condita formis,
Vocibus ambiguis constans, aut sensibus anceps,
Cacaque Miosis, qua lucem Ecclipsibus aufert,
Verborum turba, & proluxa Parenthesis obstat,
Verbaque confuse translata, & longius æquū:*

Syn-

Synchifis hoc vitium obscurum, vel *Hyperbaton* esto.

Verba inusitata, & à consuetudine quotidiani sermonis remota, obscuritatem & tenebras orationi afferunt: Ut si quis oppidò pro valde dicat; *avertuncare*, pro *avertere*. Eandem obscurat vitium, quod à Græcis *Acyron*, à Latinis *improprium* dicitur: Ut sperare, pro timere. Virg: *Æneid*: 6. *Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.*

2. Item ambiguitas, quæ *ambibologia* Græcè appellatur, idque vel in uno verbo: Ut *Taurus*, animalne sit, an mons, an signum in cælo, an nomen hominis, an radix arboris, nisi distinctum, non intelligitur: vel in sermone: Ut: *audivi Chremetem percussisse Demeam.*

3. Obscuratur præterea oratio, cum sermoni deest aliquid, quominus plenus sit: *Miosis*, hoc est, diminutio dicitur, quæ fit per figuram *Eclipsim*: Ut: *Ille domum rectâ*; desideratur, contendit: quam multa excusat *Synecdoche* figura verborum.

4. Vel contra, cum inani verborum turba, atque copiosa loquacitate obruitur oratio, *Perissologiam* vocant.

5. Impeditur deniquè sermo, quominus dilucidus sit, si longa *Parenthesis* interjiciatur: aut si verba confusa permistaque longius trajiciantur. Hor: ser: 1. Sat: 5. *Namque pilâ lippis inimicum, Glud: re crudis.* Rectus enim ordo est: namque pilâ ludere inimicum est lippis & crudis; quod vitium *Synchifis*, vel *Hyperbaton* obscurum, hoc est confusa ac perturbata verborum transgressio vocatur. Si hæc vi-

tia

tia vitabimus, dilucida erit oratio.

A P P E N D I X.

*Simplice contempto fit Hyperbaton ordine virtus,
Non male verborum transgressio dicta Latinis.*

Cum orationis structura decoris gratiâ variatur, neglecto simplici sermonis ordine: non vitium est, sed virtus, quæ Hyperbaton appellatur; id est, transgressio verborum. Cicero pro Cluent. *Animadverti, Judices, omnem accusatoris orationem in duas divisam esse partes. In duas partes divisam esse,* simplex erat ordo, sed durus, & incomptus.

Hyperbati aliquot species.

*In verbis quoties geminis præpusterus ordo
Cernitur, (ut mecum) fit Anastrophe: at illa
Maronis:*

*Urbem, quam statuo, vestra est, fugienda videtur;
Et similes quas forte metrum proferre cœgit.*

Hyperbati, siue transgressionis aliquot sunt species, quæ elegantia causa usurpantur

1. Anastrophe est duorum verborum ordo præpusterus: Ut mecum, tecum, secum, nobiscum, quibus de rebus. *Anastrophe illa:* urbem, quam statuo, vestra est; pro quam urbem, st. tuo. Eunuchus, quem dedisti nobis, quas turbas dedit, pro quem Eunuchum, &c. admodum dura est.

*Compositis aliquid solet interponere Tmesis,
Ut: periêre boni, res verò publica luget.*

2. Tmesis est cum verbum compositum dividitur aliqua dictione interpositâ. Cic: ad Attic: 5. *Per mihi gratum exit, si id curaris ad me perferendum.* De Senect: *Omnia memoriâ tenebat, non domestici-*

westica solùm, sed etiam externa bella. Ejusdem generis sunt illa: Rem vero publicam penitus amissimus. Præclarum est pro Patria, Requæ publica mortem oppetere.

Cùm brevis est sensus medio in sermone: priusquam

Absolvat, medium ceu gemma, Parenthesis ornat.

3. Parenthesis est brevis sensus, sermoni, antequam absolvatur, interjectus. Cic: Phil: 3. *O præclarum custodem ovium (ut ajunt) lupum!* Liv: Bel: Pun: 8. *Tantum (proh dolor!) degeneravimus à parentibus nostris!* Illud verò cavendum diligenter, ne longior parenthesis, nevé crebrò adhibeatur.

DE INORNATÆ
ORATIONIS VITIIS.
CAPUT XXIII.

Pro Suprema Classe.

Magna Tapinosis verbis minuendis effert;

Macrologi-sermo justò prolixior exit.

Tautologi voces iterumquè iterumquè frequentant,

Diètaquè mox repetunt dictis iterata secundis.

CAcophaton est obscœnum dictum, sive id unò verbo, sive pluribus, sive de formi literarum concursu fiat.

2. Tapinosis est, quâ rei magnitudo, vel dignitas minuitur; ut: si quis parricidam, hominem nequam vocet.

3. Tautologia est ejusdem sermonis iteratio sine causa: Ut, *ibant, quâ poterant, quâ non poterant, non ibant.*

est

*Est fugienda nota vitiosa frequentia vocum:
Nevè supervacuo scateat Pleonasmus acervo,
Nevè elementa suis concursibus aspera fiant.*

4. Vitanda est nimia ejusdem literæ assiduitas:
Ut: *Quidquam, quisquam, cuiquam, quod convenit,
negat.*

5. Macrologia est longior, quàm oporteat, sermo.
Liv: ab urb: 8. *Legati non impetrata pace, retrò
domum, unde venerant, abiêrunt.*

6. Pleonasmus est vitium, cum supervacaneis
verbis oneratur oratio: Ut: *Ego oculis meis vias,
satis enim est, vidi.*

7. Cavendum etiam diligenter est, ne consonan-
tes asperæ concurrant; ut s ultima, cum x proxi-
ma: Ut: *Exercitus Xerxis.* Durior etiam fit con-
cursus, si utraqûe se ipsam sequatur: Ut: *Ars studii-
orum, Rex Xerxes.*

Deniquè vocalis creber concursus hiantem.

Reddit & incomptum sermonem, atquè excitus idè.

Multarum vocum ceu: Flentes atquè dolentes.

Syllabæ in extremum posita si forte sequentis.

Vocis erunt primæ, turpis Cacophonia fiet.

8. Vitandi & crebri voealium concursus, quæ
vastam & hiantem orationem reddunt: Ut: *Baccæ
æneæ amantiissimæ impendebant. Viro optimo ob-
temperâsti olim.*

9. Illud quoquè vitium est, si multæ voces ejus-
dem exitûs in unum locum congerantur: Ut: *flentes,
plorantes, lachrymantes, obtestantes.*

10. Et si verbi prioris ultimæ syllabæ sint primæ
sequentis: Ut: *O fortunatam natam me Consule
Romam.*

APPENDIX.

1. Si quando puer apud graves Oratores, sive Scriptores alios, aliquid offenderit, quod supervacaneum atque otiosum esse videatur; ne id sine causa factum putet. Adduntur enim interdum quædam affirmationis gratiâ. Terent: *Adel. Hisce oculis egomet vidi.* Virg: *Æneid. Vocem his auribus hausi.*

2. Adduntur & alia, quæ aut consuetudine, aut auctoritate, aut vetustate, aut necessitate denique excusantur.

EMMANUELIS

ALVARI

DE SOCIETATE JESU,

DE INSTITUTIONE

GRAMMATICA

LIBR. III.

De Syllabarum Dimensione,

CAPUT I.

PRO SUPREMA SCHOLA

GRAMMATICÆ.

Verfus ex pedibus constat: pedes è Syllabis; at syllabæ (de quibus nunc agendum est) fiunt ex literis. Syllabæ fiunt vel ex una, vel ex pluribus literis: Ut: *à ve runt.* Literæ partim sunt vocales, partim consonantes.

Vocales sunt sex: A, E, I, O, U, Y,

Ex

Ex vocalibus fiunt sex diphthongi; AE, AU, EI, EU, OE, YI, ut: primum, aurum, hei, Europa, poena, Harpyja.

Consonantes in mutas & semivocales dividuntur:

Mutæ sunt octo: B, C, D, G, K, P, Q, T,

Semivocales itidem octo: F, L, M, N, R, S, X, Z.

Ex quibus quatuor sunt liquidæ: L, M, N, R.

M tamen & N, rarò liquefcunt: idquè in Græcis tantum dictionibus.

Dux X, & Z, sunt duplices, hoc est, valentes duas consonantes X, cî, Z, dî, Veteres Z, per duplex SS, reddebant: Ut Massa, patriſſo.

F, præposita Liquidis, L, & R, vim habent mutæ.

S, quamvis immunis ac sui juris sit (nequè enim inter liquidas, aut duplices numeratur) interdum tamen liquefcit; ut suo loco dicemus.

H, sitnè litera, an aspirationis nota, dubium controversumquè est.

I, inter duas vocales posita, consonans est, atquè duplex I valet, ut major, pejor, veteres, i, geminabant: maior, aijo, Maija.

Multi sibi persuadent (quod quidem verisimile est) veteres J, consonantem molliter pronuntiassè, sono potius ad vocalem, quàm ad G, accedentè: Ut Pompej non Pompegi, Majestas, non magestas.

I, & U, cum vocalibus præponuntur, eaquè compriimunt, fiunt consonantes: Ut janua, jecur, conjicio, jocus, judex, vates, vesox, vita, vox, vultus.

Iota Græcorum nunquam est consonans; quare in Jason, jambus, jaspis, & cæteris, quæ planè sunt Græca, prima vocalis est.

Jod apud Hebræos semper consonans est, cum vocalibus præponitur: Ut JESUS, Joannes, Jacobus. Itaq; qui hæc atquè alia ejusdem generis nomina per J, consonantem efferunt, optimè quidem pronuntiant: qui verò per vocalem, Græcos imitantur.

A P P E N D I X

Claudianus more Græcorum dixit: *Nè laceres verjus Dux Jacobe meos.* Antiquis tamen Pœtis majores habent.

habenda est fides: Horatius I. Sat. 5. *Credat judæus apella.*

U, post Q literam semper liquefcit, ut: quare, quæro, quia, &c. At post G, & S, modò liquefcit, ut: lingua, angvis, extingvo, svadeo, svavis: modò integra est, suamque vim retinet; ut: exiguus, suus.

Literæ liquefcunt, cùm vim roburquè vocalis aut consonantis amittunt.

*Syllabæ partim breves, partim longæ,
partim communes.*

Syllabæ, quas temporibûs metimur, aut sunt breves, aut longæ, aut communes. Tempus est spatium intervallumq; quò syllaba pronuntiat. Syllaba brevis ex uno tempore atq; spatio constat, Ut. at, sed longa ex duobus: Ut, ah, en. Communis est, quæ in verbum brevis, tum longa esse potest; quales sunt priores, ut: Atlas, Cyclops, medix, ut tenebræ, pharetra.

2. Nulla vocalis apud Latinos perpetuò brevis, aut longa est. Apud Græcos, & o Epsilon & Omicron (quæ E, & O, breve valent) perpetuò sunt breves: Ut Origenes Timotheus, Herodotus, Macedones. E, & O, Eta & Omega (quæ E, & O, longum valent) semper sunt longæ: Ut medix syllabæ in eremus, idolum,

PRÆCEPTA GENERALIA

De Syllabarum brevitate, ac longitudine.

C A P U T II.

PRÆCEPTUM I. De vocali ante vocalem.

Vocalem breviant alia subeunte Latini;
Produc (ni sequitur R.) fio & nomina quintæ;
Quæ geminos casus E longo assumit in Ei;
Verùm E corripunt fideiq; speiq; rei;q;
Vatibus est communis lus genitivus; alius
Tende; breve alterius; Pompei, & talia produc;
Eheu produces, semper variabitur Ohe.

S C H O L I O N.

Vocalis ante vocalem in Latinis dictionibus brevis est: Ut: Puer, Fuit, Ruit. Virg: *Æn. 12. Discite puer virtutem ex me, verumque laborem.* EX.

EXCEPTIONES.

1. Fio I habet longum, nisi sequatur R, ut fiebam, fiā. Juven: Sat: 2. *Fient ista palam, cupient & in acta referri.*

Sin R sequatur, breve est: ut fierem, fieri, confieri. Virg. Æneid. 4. *Confieri possit, paucis, adverte, docebo.*

2. Interrogandi ac dandi casus quintæ declinationis, E, ante I, producunt; ut: diei, speciei; præter rei, spei, fidei, Hor: 1. Sat: 9. *Ventum erat ad Vestæ quarta jam parte diei.*

3. Genitivus in Ius, habet I, longum in soluta oratione; in carmine tum breve, tum longum. Ut: unius, illius. Præter alterius, quod ubiquè habet I breve, aliis verò longum. Virg: Æneid. 1. *Unius ob noxam, & furias Ajacis Oleei.* Horat: Epist: 1. *Nullius addictus jurare in verba Magistri.*

4. Cai, Pompei, Vultei, & si qui sunt similes vocandi casus, penultimam habent longam. Mart: 1. 4. *Quod peto, da Cai, non peto consilium.* Ovid: de Pont: 4. *Accipe Pompei deductum carmen ab illo.*

5. Ohe priorem habet communem. Mart: 1. 3. *O he jam satis est, ohe libelle.*

APPENDIX.

Græca per Ausonix fines sine lege vagantur; Quædam etenim brevibus (veluti Symphonia) gaudent; Et quædam longis; ceu: Dia, Choreia, Thalia, Darius, Cytherea, ær, Elegia, platea, Atq; alix. At Choram rapuit Plateamq; Pœsis, Solvit & in geminas (veluti Cythereia) longam.

1. Aër, Choreia, Platea, Cytherea, Elegia, Darius, & alia hujus generis, quæ vocalem antè vocalem longam habent, Græca sunt. Ovid: Met: 2. *Terrâ fera cepit, volucres agitabilis ær.* Idem ibidem 8. *Sæpe sub hac Dryades festas duxere choreas.* Æneid: 1. *Parce metu Cytherea, manent immota tuorum.*

2. Choreia, platea, interdum à Pœtis corripuntur. Æn. 6. *Pars pedibus plaudunt, choreas, & carmina dicunt.* Hor: 1. 3. *Pura sunt plateæ, nihil ut mediantibus obset.*

3. Nonnunquam solutâ diphtongô, E breve in E longum mutatur: Ut: Cytherea; Cythereia; elegia, elegia

12. Ovid: Met: 4. *Exigis indicil memorem Cythereia penam.* Idem eleg. 1. *Flebilis indignos elegia solvo capillos.*

4. Idea, Andreas, Sophia, Philosophia, Symphonia, Etymologia, Orthographia, & alia quàm plurima vocalem ante vocalem corripunt: licèt eadem nomina acutâ penultimâ multi viri docti (more Græcorum) in soluta oratione pronuntient. Horat: in arte. *Uo grata inter mensas symphonia discors.*

PRÆCEPTUM II. De Diphtongis.

Diphtongus longa est in græcis, atq; latinis.

Præ rape præpositam vocali, dicq; præustus.

Diphtongus longa est tum in græcis, tum in latinis dictionibus: ut *Æneas*, *Melibœus*, *præmium*, *laus*, *Heus*. Virgil. *Æneid. 1. Miratur molem Æneas; magna quondam* Idem *Eclog. 1. O Melibœe! DEUS nobis hæc otia fecit.*

E X C E P T I O.

Præpositio præ composita, cùm vocalem præcedit. brevis est: ut *præustus*, *præeo*. Virg: *Æn: 6. Stipitibus duris agitur sudibusq; præustis.*

Nonnunquam producitur. Stat Theb: 6. *Præmice cum vacuus domino præiret Acyron.*

PRÆCEPTUM III. De Positione.

Vocalis longa est, si consona bina sequatur,

Aut duplex aut I vocalibus interjectum.

S C H O L I O N.

Vocalis ante duas consonantes, vel unam duplicem, vel ante I. sequente aliâ vocali ejusdem dictionis longa est positione. ut: *terra*, *Araxes*, *gaza*, *majora*, *Troja*. Virg: *Æneid. 3. Terra procul vastis colitur Mavortia campis.* Luc. *Sub juga jam Seres, jam barbarus esset araxes.*

A P P E N D I X.

Consona præmissum si terminet altera verbum,

Alteram: sed verbi teneat loca prima sequentis,

Vocalem duplici præeuntem tempore tendes.

Si altera consonans fuerit in fine præcedentis dictio.

L

nis,

nis, altera in principio sequentis, vocalis nihilominus longa erit; ut: *At pius*; A longum est positione duarum consonantium T. & P. quamvis sunt in diversis dictionibus. *Æneid. 1. At pius Æneas per noctem plurima volvens.*

A P P E N D I X II.

Consona principium verbi fortita sequentis, seu duplex, seu bina, nihil præeuntibus auget Temporis, ut fiant longæ: ceu clara *Zacynthos*.

1. Si utraq; consonans, aut duplex fuerit in principio sequentis dictionis, nihil præcedentem vocalem brevem juvabit. *Ovid Met: 2. Sedebat in folio Phæbus, claris lucente smaragdis. Æn: 4. Jam medio apparet fluctu meroſa Zacynthos. Luc: 1. 2. Tales fama canit tumidum super æquora Xerxem construxisse vias.*

2. Lucente, neworosa, æquora, ultimas habent breves: licet duz consonantes, aut una duplex sit in principio sequentium dictionum.

EXCEPTIO I. De liqueſcentibus.

Contrahit Orator, variant in carmine Vates. Si mutam, liquidamq; simul brevis una prævit.

S C H O L I O N

Vocalis brevis ante mutam & liquidam ejusdem dictionis in carmine communis est: at in soluta oratione perpetuò corripitur: ut: *volucris, cyclops. Ovid: Met: 2. Et primo similis volucris; mox vera volueris.*

A P P E N D I X

Ast mutam & liquidam quoties ab origine longa præcedit: rapitur nunquam: ceu *matris, aratrum.*

1. Necesse est præcedere mutam, sequi liquidam: alioquin syllaba non liqueſcit; ut: *arma*; deinde voca c naturã brevẽ esse; nam vocalis naturã longa nunquam liqueſcit; ut *matris*. Agnoscitur autem syllaba brevis sæpè ex nominativo, in quo liquida R. non jungitur mutæ proximæ præcedenti: ut *Calaber, Cantaber, pater, A,* naturã brevem habent, quod accentus docet, vel exempla Pœtarum; quare in *Calabro, Cantabro, patre,*

A,

A, naturā brevia liquefcunt. At faluber, mater, ater, producunt U, vel A; quare in falubre, matre, atrum, nunquam corripitur. Ubi hzc regula ufui non eft, accentus ufui erit, aut exempla Pœtarum; nam quæ accentu gravî deprimuntur, naturā brevia funt, ut tenēbræ, latēbræ, pharētra, cerēbrum; quæ acuto attolluntur, naturā longa: ut ambulācrum, delūbrum, ventilābrum, volutābrum. Item quæ brevia reperiuntur apud Pœtas, funt naturā brevia: ut atrox. Virg: *Æneid: 7.*

5. *Sævit atrox Volfcus.*

Utraquē vocalem, fi confona junc̄ta fequentem

Non ferit, antequam brevis eſt (velut obruo) nunquam,

2. Neceſſe eſt etiam, ut muta & liquida ad ſequentem vocalem ſpectent, quocirca abluo, obruo, ſublevo, adnitor, & cætera ex hiſce præpoſitionibus compoſita, nunquam primam corripunt, quia muta ad præcedentem vocalem pertinet; Compoſita tamen ex re, ut reflecto, refringo, refreno, recludo, reprimo, primam ſæpè corripunt; quia muta ad ſequentem vocalem refertur.

3. M, & N, rarò liquefcunt, idq; in græcis dictionibus duntaxat. ut: Tecmeſſa, cygnus, Therapnæ, Ichneumon. Sil: l. 8. *Ecce inter primos Therapheo ſanguine clauſi.* Mart: l. 7. *Delectat Marium ſi pernicioſus Ichneumon.*

E X C E P T I O

Quadrijugus rapitur, bijugus conjungitur illi,

In quibus I duplex non eſt, ſed confona ſimplex.

I. inter duas vocales in compoſitis, ut bijugus, quadrijugus, ſimplex confonans eſt, non duplex. Quare merito præcedens vocalis corripitur. Virg: *Æn: 10.* *Interea bijugis infert ſe Leucagus albis.* Id: *Geor: 3.* *Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.*

PRÆCEPTUM IV. De Præteritis diſſyllabis

Præterita aſſumunt primam diſſyllaba longam:

Sto, do, ſcindo, fero, rapiunt. bibo ſindo, priores

S C H O L I O N

Præterita diſſyllaba habent priorem longam: ut veni, vidi, vici. Virg: *Æneid: 2.* *Quos ubi confertos*

audere in praelia vidit. Ibidem. Venit summa dies, & in eluctabile tempus.

E X C E P T I O.

Steti, dedi, scidi, tuli, bibi, fidi, à fido, corripunt primam. Mart. 1. *Dixit: & ardentes avido bibit ore favillas.* Luc: 2. *Aut scidit & medias facie sibi littora terras.* Virg: 9. *Diffidit & multa porrectum extendit arena.*

A P P E N D I X

Abscidit, abscidit modulantur utrumq; Pöetz.

Compositum abscidi habet penultimam communem. Luc. 2. *Abscidit impulsu ventorum adjuta vetustas.* Idem 4. *Abscidit nostræ multum fors invidiæ ludi.* Mart. 3. *Abscidit vultus ensis uterque sacros.*

S C H O L I O N

In soluta tamen oratione corripiendum videtur; verisimile enim est, quando à Pöetis producitur, ab inusitato præsentis deduci abscedo, quando verò corripitur, ab usitato abscindo.

PRÆCEP. V. De præteritis geminantibus primam.

Præteritum geminans primam, brevitabit utramque;

Ut pario peperit, vetet id nisi consona bina.

Cado cecidit habet longam, ceu pedo secundam.

S C H O L I O N

Cùm prima syllaba præteriti geminatur, eadem & secunda brevis est; nisi obstant dux consonantes: Ut cecini, tetigi. Virg: Georg: 4. *Tityre, te patula cecini sub tegmine fagi.*

Excipiuntur cecidi à cædo, pepedi à pedo, in quibus secunda longa est; ut in iis, in quibus dux consonantes sequuntur: ut cucurri, tetendi. Juv: Sat: 3. *Ebrius, ac petulans, qui nullum forte cecidit.*

PRÆCEPUM VI De supinis dissyllabis.

Cuncta supina volunt primam dissyllaba longam;

At reor, & cieo, sero, & ire, sinoq; linoq;

Do, queo, & orta ruo, breviabunt ritè priores.

Communem statum primam servare videtur.

SCHOLI-

S C H O L I O N

Supina duarum syllabarum habent priorem longam. Ut visum motum. Æn: 6. *Terribiles visu formæ le-
obumq; laborq;.* Æn: 1. *Quos ego! sed motos præstat
componere fluctus.*

E X C E P T I O

A reor ratum, à sero fatum, à cieo citum, à do da-
tum, à lino litum, ab eo itum, à ruo rutum, à queo
quitum, à sino situm, supina dissyllaba primam corri-
piunt. Virg: Æn: 2. *Nos obisse rati & vento petiisse
Mycenas.* Idem ibidem. *At non ille satum, quò te mē-
tiris Achilles.* Val: Fla: 1. 3. *Vulnus & extrema sonuit
cita cuspide cassis.* Ovid: Met: 2. *Hic situs est Phaeton,
currus auriga paterni.* Virg: Georg. *Ardentes aurò,
& partibus lita corpora guttis.* Ovid: Met: *Poscebatur
humus, & itum est in viscera terra.*

Statum, videtur priorem habere communem; indè
enim status, ùs, & status, a, um, priore brevi oriuntur,
& composita, quæ per I efferuntur, ipsùm corripunt:
Ut prxitum. Ovid: Fast: 4. *Hic status in celo multos
permanit in annos.* Idem Fast: 1. *Musa quid à fastis
non stata sacra petit.*

Indè etiam staturus, constaturus, & quæ per A effe-
runtur, eandem producent. Luc: 1. 2. *Tunc res immen-
so placuit statura labore.* Mart: 10. *Constatura fuit
Megalensis purpura centum.*

A P P E N D I X

1. Citum à cieo secundæ conjugationis, priorem;
brevem habet: unde concitus, excitus, penultimâ brev
Virg: Æn: 12. *Altior insurgens, & cursu concitus beros.*
Ov. Met: 2: *Nec fruitur somno vigilantibus excita curis*

2. Citum verò à cio quarti ordinis, priorem produ-
cit: unde concitus, excitus, penultimâ longâ. Luc: 1.
5. *Unde ruunt totò concita pericula mundo.* Idem l. 1.
Rupta quies populis, stratisq; excita juvenus.

3. Ruo nunc facit ruitum supinò, priscis sæculis
rutum; fecit unde extant composita dirutum, erutum,
obrutum. Ovid: Epist: *Diruta sunt aliis, uni mihi Per-
gama restant.* Virg Æn. 1. *Nec mihi cum Teucris ni-
lum post eruta bello.*

PRÆCEPTUM VII. De supinis polysyllabis

In tum produces polysyllaba cuncta supina.

De vi præterito semper producitur itum

Agnitus agnosco, & cognosco cognitus effert.

Cætera corripies in itum quacunque supina.

Supina in tum polysyllaba præcedente U, A, E, habent penultimam longam. Ut solutum, argutum, indutum, amatum, obsoletum, &c. *Æneid. 5. Lumina rara micant, somnô vinoq; soluti.*

Item in tum, à præteritis in vi, per V. consonantem. Ut cupivi, cupitum, petivi, petitum, conditum à condio. *Oviâ: Trist: 4. Exul eram, requiesq; mibi, non ama petita est.*

E X C E P T I O

Agnovi tamen, & cognovi, agnitum, cognitum, penultimam brevem habent, *Ov. Trist: 3. Idq; recens præstas nec longo cognitus usu.*

A P P E N D I X

Supina in tum à præteritis in ui per U vocalem, cæteraq; supina in itum, habent penultimam brevem. Ut monui, monitum, tacui, tacitum, credidi, creditum, *Æneid. 6. Discite justitiam moniti, & non temnere Divos.* Ibidem, *Quis te magne Cato tacitum, aut te Casse relinquat.*

PRÆCEPTUM VIII. De Derivativis

Derivata patris naturam verba sequuntur.

Mobilis & fomes, laterna, ac regula, sedes.

Humor & humanus, vocalis, tegula, vomer;

Quanquam orta è brevibus, gaudent producere primam.

Corripiuntur arista, vadum, sopor, atque lucerna.

Atque dicax, odium, posui, stabilis, labefacto;

Nota licet longis Usus te plura docebit.

S C H O L I O N

1. Derivata sequuntur naturam eorum, à quibus derivantur. Ut legebam, lege, legito, primâ brevi; quia oriuntur à præteriti lego, legis, cujus prior itidem brevis est.

2. Ut legeram, legissem, legero, legisse primâ longa; quia à præterito legi nascuntur, cujus prior longa est.

3. Aratrum, simulacrum, ambulacrum, lavacrum, volutabrum, involucrum, penultima longa; quia à supinis aratum, simulatum, ambulatum, lavatum, volutatum, involucrum, deducuntur, quorum penultima similiter longa est.

4. Reditus, exitus, introitus, aditus, initus, obitus, penultima correpta: quia supina, unde fiunt, eandem habent brevem.

E X C E P T I O

Multi, quæ suæ originis naturam non sequuntur, usu, assiduaq; Pœtarum lectione sunt discenda, cujusmodi sunt: Pœnes, mobilis, laterna, regula, sedes, humor, humor, vocalis, tegula, seciûs, vomer, venaq; primam habent longam; cùm verba: foveo, moveo, lateo, rogo, sedeo, homo, humus, voco, tego, secûs, vomo, venio, à quibus proficiuntur, eandem corripiant.

2. Contra, lucerna, arista; sopor, odium, vadum, polui, positus, dicax, stabilis, labefacto primam corripunt: cùm verba luceo, areo, sopio, odi, vado, pono, dico, stabam, labes, à quibus derivantur, eandem producant.

PRÆCEPTUM IX. De Compositione.

Legem simplicium retinent composita suorum,

Vocalem licet aut diphongum syllaba mutet:

Dejero corripies cum pejero & innuba, nec non

Pronuba, & ambitus, nihilum-ve semisopitus,

Fatidicum, & reliquos fratres à dico creatos.

S C H O L I O N

1. Composita brevitatem, vel longitudinem simplicium sequuntur,

2. In perlego, relego, E ante G. brevis est; quia in simplici lego etiam corripitur. In præterito perlegi, relegi, producitur; quia in simplici legi itidem longa est.

3. Attigi, cœcidi, diffidi, ebibi, recidi, I literam habent brevem; quia in simplicibus eadem vocalis corripitur: Tetigi, cecidi, à cado, &c.

Oblitum; insitum, circumdatum, desitum, penultimam ob eandem causam habent brevem; nam à litum fit, oblitum.

A P P E N D I X.

1. Quantitas simplicium servatur in compositis, quamvis vocales mutantur: sic concido, excido, incido, recido, occido, à cado, penultimam corripiunt; eligo, feligo, à lego. Contra: concido, excido, incido, occido, recido, à cado, eandem producunt; sic allido, à lido. exquiro, requiro, à quiro, obedio, obedis, ab audio. Virg: *Æn.* 12. *Occidit occideritq; sinas cum nomine Troja.* Iuven: *Satyr* 7. *Occidit miseros cramba ropetita Magistros.*

2. Hæc à simplicibus longis orta corripiuntur. Dejero, pejero, à juro, pronuba, innuba à nubo, semisopitus à sopio, maledicus, caufidicus, veridicus, fatidicus à dico, nihilum ex ni & hilum. Hor: lib: 2. *Sat:* 3. *Stultitia ne erret, nihilum distabit ab ira.*

3. Connubium à nubo, secundam syllabam habet communem. Virg: *Æn:* 3. *Hecioris Andromache Pyrrhia connubia servat.* *Æn.* 1. *Connubio jungam stabili, propriamq; dicabo.*

Ambitus participium mediâ longa. Ovid: *Met:* 1. *Fussit & ambita circumdare littora terra.*

Ambitus verò nomen eandem habet brevem. Luc: lib: 1. *Lethalisq; ambitus urbi.*

Semisopitus brevem habet ante penultimam. Ovid: in *Ep.* *Thesea prensuras semisopita manus.*

Sopio tamen & sopitus primam producunt. Ovid: *Met:* 7. *Peravigilem superest verbis sopire draconem.*

Virg: *Æn:* *Hunc ego sopitum somno super alta Cythera.*

PRÆCEPTUM X. De præpositionum compositione.

Longa A, De, E, Se, Di: præter dirimo atque disertus.

Sit Re breve, at refert, à res producito semper.

Corripe pro gracum, produces vitæ latinum.

Contrahe quæ fundus, fugio, neptisq;, neposq;.

Et festus, fari, fateor, fanumq; ercarunt.

Hiscæ profccto addes, pariterq; procella, protervus.

Atque propago genus; propagu prætrabe vitis.

Propino varia, procurra, propago profundo.

Corripe Ab, & reliquas obset nisi consona bina;

Hæc sunt. Ad, vel, In, Ob, Per, Sub, Super, antequæ circum.

SCHO-

S C H O L I O N.

A, E, De, Di, Se, longz sunt: Ut amitto, erumpo, deduco, diripio, separo. Virg: Æn: 1. *Amiffos longè socios sermone requirunt.* Idem Æn: 3. *Deducunt socii naves & littora complent.* Ibidem 1. *Tergara diripiunt castis & viscera nudant.*

E X C E P T I O.

Dirimo & disertus Di corripunt.

Æn: 5. *Cede Deo, dixitquè & prætia voce dirimit.* Mart: 6. *Quod tam grande sophas clamas tibi turba togata. Non tu Pomponi, cana diserta tua est.*

Refert à refero corripitur; cùm significat interest, producitur. Virgil: Geor: 1. *Nequè enim numero comprehendere refert.*

Pro præpositio brevis est apud Græcos. Ut Propon-tis; Longa apud Latinos: Ut præveho. Ovid: de Pont: 4. *Misit in has si quos longa Propopontis aquas.* Æn: 3. *Prævebimur portu, terræquè, urbesquè recedunt.*

E X C E P T I O

1. Verùm corripuntur: profundus, profugus, pronepos, & proneptis, profectus, profari, profitear, profectò, procella, protervus, propero, & propago, cùm genus significat; nam propago cùm ad vites refertur, producitur. Luc: 6. *Quam prior affatur, Pompei ignava propago.* Virg: Georg 2. *Pressos propaginis artus.*

2. Propino & procuro, primam habent communem. Propago verbum, & profundo, rarò primam corripunt.

3. Præpositiones: Ab, ut abeo: Ad, ut adoro: Ante, ut antefero; Circùm, ut circumago; In, ut inuro; Ob, ut obo; Per, ut pereor, Sub, ut subeo; Super, ut superaddo, corripuntur. Item A, græca præpositio, ut adamas, adytum, atomos. Ov: Fast: 3. *Immolat hunc Briareus fabula ex adamante securi.* Virg: Æneid: 6. *Talibus ex adyto dictis Cumæa Sibylla.* Juven: Satyr: 7. *Circumagat madidas à tempestate cohortes.*

P R Æ C E P T U M XI.

De A, E, I, Y, & O, in compositione.

Produx

Produc A semper compositi parte priore.

At simul E, simul I, crebro breviare memento.

Nequidquam produc nequando venefica nequam,

Nequaquam nequis sociosque videlicet addes.

Idem masculinum produc, & siquis ibidem.

Scilicet, & bigæ tibicen ubique, quadrigæ.

Bimus, tantidem, quidem & composita diet.

Compositi O, breviant Græci, Samotracia testis;

Sed Minotaurus, pariterque Geometra longum est.

O, Latium variat; producere namque altoquin.

Et quandoque at quandoquidem breviare solemus.

S C H O L I O N

Si prior pars A vocali terminetur, producitur: Ut trano, traduco, trado. Sin autem E, ferè brevis est: Ut liquefacio, tep-facio, tremefacio, stupefacio, nefas. Virg: Georg: 1. *Florumarumque globos, liquefactaque volvere saxa.* Idem Æneid: 9. -- *atro tepefecta cruore.* Juven: Sat: 3. *Credebant hoc grande nefas, & morte piandum.*

E X C E P T I O.

1. Excipe nequis, nequa, nequod, nequam, nequitia, nequaquam, nequidquam, nequando, videlicet, veneficus, venefica, quæ longa sunt. Virg: Æn: 12. *Nequa meis est dicitis mora, Jupiter hæc stat.* Ov: in Ip. *Barbara narratur venisse venefica tecum.*

2. Si prior pars compositionis in I, vel Y, desinat, corripitur: Ut omnipotens, causidicus, tibicen, Palinurus, Polydorus. Virg: Æn: 10. *Tum Pater omnipotens, rerum cui summa potestas.* Mar: 8. *Carpere causidicus fertur mea carmina, qui sit, Nescio; si sciere, va tibi causidice?* Virg: Æn: 5. *Nudus in ignota Palinure jacebit arenâ.* Idem 3. *Nam Polydorus ego &c.*

E X C E P T I O N E S.

1. Longum habent ibidem, ubique, idem pronomen virile, (nam neutrum breve est,) bigæ, quadrigæ, siquis, siqua, siquod, scilicet, tibicen Mellyphion, Trinacria, bimus, trimus, quadrimus, tantidem, quivis, quidam, quilibet, biduum, cæteraque composita ex dies: Ut meridies, &c. Mart: 12. *Difficilis, facilis, jucundus,*

acer.

acerbus es idem. Idem 2. Si totus tibi triduo legatur.

Idem 3. Inter tepentes post meridiem buxos.

Ubicunquè frequentius I, habet breve.

Vbivis, ubilibet, produci solent.

Quatriduum corripitur interdum.

Mart: 1. Qui tecum cupis esse meos ubicunquè libellos.

Or: tamen Met: produxit: Servor ubicunquè est &c.

O, in græcis dictionibus priorem compositi partem

claudens, corripitur: Ut Cymothôe, Carpophorus. Ar-

gonauta Martial. 1. *Sæcula Carpophorum, Caesar, si pri-*

scæ tulissent; jam nullum monstris orbe fuisset opus. Idem

13. Non Nautas puto vos, sed Argonautas. Phaleucius.

E X C E P T I O.

1. Quæ per Omega scribuntur, longa sunt: Ut Geometra, Minotaurus, Lagopus, nec plura facile invenies, quibus utuntur Latini. Virg: l. 6. *Minotaurus inest, &c.* Mart: l. 1. *Si meus aurita gaudet Lagopode Flaccus.*

2. O in latinis dictionibus compositis partim producit: Ut alioquin, quandoquè; partim corripitur, ut quandoquidem, hodie, &c. Virg Ecl. *Dicite, quandoquidem in molli confedimus herba.* Horat: in Ar: *Indignor, quandoquè bonus dormitat Homerus.*

DE SINGULARI NOMINIS

I N C R E M E N T O.

C A P U T III,

Quid est Incrementum?

SI Genitivus singularis par fuerit nominativo syllabarum numerô, nullum erit incrementum; ut Musa, Musæ, Dominus, Domini. Sin longior fuerit, tum penultima genitivi incrementum erit; quæ in omnibus casibus utriusquè numeri semper genitivi quantitatem servat: Ut sermo sermonis, sermonibus, ubiquè O. longum est.

Præter bobus, ubi O, producit, quamvis in genitivo singulari corripitur bovis. Ovid. Epigr: 5. *Non profecturis littora bobus aras.*

APPN-E.

A P P E N D I X.

Iter, supellex, composita ex caput, literis ps, finita, duplici augmento: itineris, supellectilis. biceps, bicipitis.

Incrementum primæ & secundæ Declinationis.

Casibus obliquis vix crescit prima: secunda

Corripit incrementa; tamen producit Iberi.

S C H O L I O N

A. Incrementum primæ declinationis nullum est, nisi apud Pœtas: Ut aulai, pictai, quod longum est. Virgil. Æneid: 1. *Aulai in medio libabant pocula Bacchi.*

Incrementa secundæ declinationis corripuntur: Ut miser, miseri, vir, viri, fatur, saturi. Virg: Æneid: 1. *Non ignara mali, miseris succurrere disco.* Pers: Sat: 1. *Inter pocula querunt Romulidæ saturi, quid dia Pœmata narrent.*

E X C E P T I O.

Iber, iberi, penultimam habet longam, & ex eo compositum Celtiber, Celtiberi. Luc. l. 4. *Interea domitis Cæsar remeabat Iberis,*

Incrementum tertiz Declinationis.

Nominis A crescens quod flectit tertia, longum est.

Mascula corripies Ar & at finita, simulque

Par cum compositis, hepar, eum neclare baccar.

Cum vade mas & anas, queis junge laremque jubarque.

S C H O L I O N.

A. incrementum singulare tertiz declinationis longum est: Ut vectigal, Titan, pietas, pax, calcar, & Ajax. Ovid: Fast: 3. *Concitat iratus validos titanas in arma.* Virg: Æneid. 7. *Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.*

E X C E P T I O,

Corripe masculina in Al, & Ar: Ut sal, Annibal, Amilcar, par, impar, compar, dispar, &c. vas vadis, mas maris, anas anatis, lar, jubar. Æn: 1. *Vela dabant lati, & stummas jalis ore ruebant.* Sil: l. 8. *Annibalem Fabio ducam spectante per urbem.* Æn: 5. *Pergameumque larem, & cavo penetralia Vestæ.*

A, As,

A, quoque & *As* græcum, breve postulat incrementum,

S quoque finitum, si consona ponitur ante:

Et *fax* cum *styrace*, & *colace*, & cum *smylace* *climax*,

Et *dropax*, & *atax*, *atrax*, *antrax*que *panax*que.

His *abacem*, *coracem*, *phylacem*, *compōsta*que *nectes*.

S C H O L I O N.

Item Græca in *A*, & *As*, ut *pōema*, *stemma*, *Pallas*, & quæ consonantem habent ante *S*, ut *trabs*, *Arabs*, & *fax*, *styrax*, *Antophylax*, & alia composita à *phylax*, *smylax*, & *climax*: itemque illa minus vitata: *dropax* & *antrax*, *atrax*, *colax*, *abax*, *nycticorax*. *Candax*, & *Pharnax*, non sunt in usu; sed *Pharnaces*, *Pharnacis*, *Candace*, *Candaces*. *Juv: Sat: 8. Stemmata quid faciunt? quid prodest, Pontice, longo sanguine censer.* *Virg: Æneid: 2. Inslar montis equum diuina Palladis arte edificant.* *Ovid. Fast: 4. Nam modò iburilegos Arabes, modo suspicit Indos.* *Luc: 2. Tigranemque meum nec Pharnacis arma relinquant.*

E crescens numero breuiabit tertia primo.

Verum protrahitur genitiuus in *Enis*; *Iber*que,

Ver, *Iuter*, *locuples*, *hæres*, *merces*que *quies*que.

Lex, *vervex*, *halex*, *seps*, *plebs*, *rex*; *in*super adde

L peregrinum; *Er*, *Es*, græcum: *æthere* & *æere* demptis.

S C H O L I O N.

E, Incrementum singulare tertiæ declinationis breue est: ut *grex*, *teres*, *nex*, *pulvis*, *funus*, *degener*. *Ovid: Met: 4. Mille greges illis totidemque armenta per herbas pascebant.*

E X C E P T I O.

1. Genitiuus *enis*, penultimam habet longam; ut *ren*, *renis*, *fren*, *frenis*.

2. Item peregrina in *el*, ut *Michaël*, & Græca in *er*, & *es*: Ut *crater*, *Iuter*, *loter*, *tapes*, *lebes*, præter *æer*, & *æther*. Producitur quoque *ver*, *Iber*, *locuples*, &c. *Virg: Geor: 1. Vere novo, gelidus, &c.* Idem *Æneid: 1. Crateras magnos statuunt, & vina coronant.* *Ovid: Ep: 3. Viginti fulvos operoso ex ære lebetes.*

I, vel *Y*.

Corripies pariter crescens I tertia primo

174 *Liber III. Caput III. de Incremento*
In numero; At Græcum patrium producet in inis,
Et vibex, nesis, lis, dis, gryphs, glisque Qutrites.

SCHOLIION.

I, vel Y, Incrementum singulare tertiæ declinationis breve est. Ut *stips, stipis, pollex, chlamys, chalybs* Ovid: *Fast: 4. Dic, inquam, parva cur stipe querat opes.* Virg: *Geor: India mittit ebur; molles sua thura Sabei: at Chalybes nudi ferrum.*

EXCEPTIO.

Genitivi Inis, vel Ynis, à nominibus græcis penultimam producant: Ut *Delphin, Procyn, Salamis, Item vibex vibicis, glis, gliris, nesis, nesidis, gryps, gryphis, Samnis, itis, lis, litis, dis, ditis, à quiris, Quiritis.* Virg: *Ecl: Orpheus in sylvis, inter Delphinas Arion.* Idem *Æneid: 8. Liomedontiadem Primum Salamina petentem.* Idem *Æneid: 4. Noces atque diet, patet atri janua ditis.*

Ix, vel Yx.

Ix, produc; breuiato histrix, cum fornice varix, Coxendix, phenix, cilix natrixque calixque Phryx, & oryx, & onyx, nix pix, Danaumque calixque. Et salices, silices, larices. Sit Bebricis anceps. Sed breuibus jungas, in gis cum patrius exit. Coccix coccigis, mastix mastigis, amabit.

SCHOLIION.

Nomina Ix, vel Yx, syllabâ finita, penultimam genitivi habent longam: Ut *felix, bombyx, bombycis, perdix, coturnix, pernix.* Virg: *Æn: 1. Vivite felices, quibus est fortuna peracta jam sua.*

EXCEPTIO.

Excipiuntur: *histrix, fornix, cilix, pix, natrix serpentis genus, nix nivis, salix onyx, fardonyx, varix, &c.* Luc. 2. *Armenios, Cilicasque ferox, Taurosque subegi.* Idem 3. *Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia cera.*

O.

O, crescent longum est. In Græcis corripe paruum, Sed magnum produc; Orion variatur, & Ægon. Corripitur genitivus oris, quem neutra dedere.

Os.

Os, oris, protende, gradus & neutra secundi.

Cappadocem brevia, Allobrogem, bos, compos, & impos. Pus sociosq;, memor, præcox lepus, arbor & obs, ops.

Hydropem produc & cumcercope, cyclopes.

S C H O L I O N.

O, Incrementum singulare tertix declinationis, latinis nominibus longum est: Ut sol, vox, velox, celox. Ovid. Met: 2. *Regia solis erat sublimibus alta columnis.*

E X C E P T I O.

Græca in on, quæ in obliquis habent Omicron, corripuntur: Ut Philemon, Palæmon, Sindon, Agamemnon, Jason, Amazon, & multa alia, quæ usu didicenda sunt. Virg: *Æneid: II. Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis.*

Latini interdum N literam amittunt: Ut Macedo, Macedonis, Brito, Vasco, Saxo, Pepo, Agamemno, Teuto. Stat. Theb: II. *Conclamant Danaï, stimulatq; Agamemno valentes.*

Quæ verò per Omega scribuntur, longa sunt: Ut Simon, ipado, mango, agon, Sidon, Solon, Lacon, Lycion, &c. Duo variantur, Orion, & Ægon.

E X C E P T I O II.

Genitivus in Oris; à nominibus græcis & latinis neutris (præter os oris) penultimam habet brevem: Ut Nestor, marmor, ebur, corpus, quibus adduntur: memor, arbor, lepus, & ex pus podos composita: Ut tripus, item bos, compos, impos, &c. Virg: in Epigr: *Sic vos non vobis fertis aratra boves.*

Neutra comparativa sequuntur masculinorum quantitatem: Ut majus, majoris, minus, minoris, penultima longa: Ut major, majoris, &c.

E X C E P T I O III.

Corripuntur etiam cappadox, Allobrox, præcox, & quæ consonantem habent ante S. ut scrobs, Æthiops, Dolops; præter Cyclops, Cercops, hydrops. Mart: lib: 9. *Cappadocum sævis Antistius occidit oris. Æn: 2. Hic Dolopum manus, hic sævus tendebat Achilles.* Ovid: Met: 1. *Tela reponuntur manibus fabricata cyclopum.*

176 *Liber III. Cap. IV. de Incremento*
U, brevia incrementa feret, sed casus in utis.
Udis, & uris, ab us recto producitur, & fur.
Lux, frux; sed brevia intercusq; pecusq; Ligusq;.

SCHOLIION.

U Incrementum tertiz declinationis breve est: Ut murmur, furtur, Przul, dux, Virgil: Georg: 4. *Magnanimosque Duces totiusque ex ordine gentis* Interrogandi casus Udis, Uris, & Utis à nominibus in us penultimam habent longam: Ut palus, paludis, tellus, telluris, virtus virtutis. Item fur, furis, cum cæteris obliquis; itemque pollux, lux, & frugis à nominativo frux iousitate: corripiantur pecus, udis, intercus, udis, Ligus, uris. Virgil: Ecl: 3. *Quid domini facient, audent cum talia fures!* Tib: 1. 2. Ecl: 1. *Luce sacra requiescat humus, requiescat arator.*

DE PLURALI NOMINIS INCREMENTO

CAPUT IV.

PEnultima genitivi vel dativi pluralis numeri, dicitur incrementum plurale: cum uterque casus longior est nominativo ejusdem numeri: Ut Musz, Musarum; ambo, amborum, ambobus; qui, quorum, quibus; res, rerum, rebus.

A, E, I, O, U,

*Pluralis casus si crescit, protrahet A, E,
Atq; O: corripies I, U; verum excipe bubus.*

SCHOLIION.

A, E, O, Incrementa multitudinis longa sunt: Ut quorum, harum, ambabus, rerum, rebus, horum, quorum. Ovid de Pont: 4. *Cum tamen à turba rerum requieveris harum.* Virg: Æneid: 2. *At Capys & quorum melior sententia menti.*

I, & U Incrementa multitudinis corripuntur; quibus, tribus montibus, lacubus, verubus.

EXCEPTIO.

Bobus, seu bubus producitur.

DE VERBORUM INCREMENTO.

CAPUT V.

Quid sit Incrementum.

Se-

Secunda persona singularis, modi Indicativi, norma est, ad quam verborum incrementa diriguntur, cui si verbum sit æquale, nullum erit incrementum: Ut amat; amant, quia dissyllaba sunt, sicut amas, (quæ norma, & regula est incrementorum) nullum habent incrementum. Sin verbum longius sit unâ syllabâ, unū habebit incrementum, ut amamus, amatis, quorum penultima incrementum est; nam ultima nunquam dicitur incrementum. Si duabus syllabis norma superetur, duo erunt incrementa, ut amabitis, amabamus. Si tribus, tria: Ut amaveritis, amaverimus; si denique quatuor, totidem erunt incrementa. Ut audiebamini.

2. In verbis deponentibus fingenda est vox activa; ad quam verborum incrementa dirigantur.

3. Ultima syllaba, ut supra diximus, nunquam est incrementum: prima verò est, si norma ipsa sit monosyllaba: Ut das, fles, damus, datis, dabam, dare, & cætera dissyllaba unum habent incrementum; eodem modo; flemus, fletis, flebam, flere, &c.

P R Æ C E P T U M I.

De Incrementis Verborum per A & E.

A crescenti produc. Do incrementum excipe primum:

E quoque produces ternæ duo tempora prima

Corripiunt E ante R, sed veris vereq; tende.

In beris, E brevis est, bere, ram, rim, roq; sequuntur:

Corripit interdum, steterunt, dederuntq; Pœta.

A in omni verborum incremento producitur; ut stabam, stares, properamus, docebamus, audiebamus, &c. Virg: *Æneid: 2. Trojaq; nunc staret, Priamiq; arx alta maneret.* Ovid Met: 10. *Serius aut citius metam properamus ad unam.*

E X C E P T I O.

A primum duntaxat incrementum verbi do, das, corripitur: Ut damus, dabunt, dare, ob quam causam pronuntiamus, circumdamus, circumdabunt; circumdare, venundabo, venundare, & cætera penultima brevi: Virg: *Æneid: 2. His lacrimis vitam damus, & miserescimus ultro.* Met: 1. *Fussit & ambita circumdare littora terra.*

E in omnibus verborum incrementis producitur: Ut flebam, rebar, lacereris, docere, legerunt. Ovid: Fast. 1. *Flebat Aristæus quod Apes cum stirpe necatas viderat inceptos destituisse favos.* Æn. 6. *Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum.* Mart: l. 1. *Dedale, Lucano cum sic lacereris ab urso: quam cuperes pennas nunc habuisse tuas.*

EXCEPTIO I.

E ante R brevis est in quovis præsentis, & imperfecto tertiæ conjugationis: Ut: cognoscerem, legerem, legeremus, legeretis, vel legeretis.

Reris tamen, vel rere producitur; Ut loquereris, prosequeris; loquerere, prosequerere. Virg: Ecl: 4. *Incipe parve puer risu cognoscere Matrem.* Ovid: Trist: 1. *Tantane te, fallax, cepere obliviam nostri.*

Afflictumque fuit tantus adire timor?

Ut neque resticeres, nec solarere jacentem

Dure, nec exequias prosequerere meas:

Mart: 3. *Illud laurigeros ageres cum læta triumphos, Hoc tibi Roma caput cum loquereris erat.*

EXCEPTIO II.

E ante ram, rim, ro corripitur: Ut laudaveram, laudaverim, laudavero, feceram, fecerim, fecero. De cæteris personis idem esto judicium: laudaveris, laudaverit, laudaverimus, fecerimus, feceritis. Ov: Met: 3. *Fecerat exiguas jam sol altissimas umbras.*

EXCEPTIO III.

Beris & bere, semper corripitur: Ut celebraberis, vel celebrabere, ut mordeberis, vel mordebere. Virg: Æn: 8: *Semper honore meo, semper celebrabere donis.* Ov: Trist: *Tu, cave, defendas, quamvis mordebere ditibus.*

APPENDIX.

Pœtæ in præterito indicativi E literam ante runt syllabam, pro suo jure interdum corripunt. Virg: Æneid 3. *Obstupui, steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit.* Hor: Ep: 1. *Di tibi divitias dederunt, artemque fruendi.* Syl: 9. *Terruerunt pavidos accensa Ceraunia nautas.*

Ne tamen putent novi Pœtæ idem passim sibi licere. id enim claris, illustribusque tantum concessum est.

De incrementis Verborum per I, O, & U.

P R Æ C E P T U M II.

I crescens rapies, & imus penultima quarta
 Præteriti. Præsens longum est, ac cætera quarta,
 Præteritumq; iivi quodvis: his adde velitis,
 Nolitis cum nolito, nolite, velimus,
 Nolimus, simus, sitis, compositaq; de Sum.
 Ri conjunctivi possunt variare Poëta.
 O incrementum produc. U corripo semper.

S C H O L I O N.

I in quovis verborum incremento corripitur: Ut
 linquimus, laudabimus, audiebamini. Virg. Æneid 3.
 Linquimus Ortigiæ portus, pelagoq; volamus.

E X C E P T I O.

Penultima præteriti in iivi longa est: Ut petivi; &
 primum incrementum quartæ conjugationis. Ut ibam,
 ibo, ito, subimus, venimus, reperimus, præsentis tem-
 poris. Æneid: 2. Cessi & sublato, montem, genitore pe-
 tivi. Æneid: 6. Tu ne cede malis, sed contra auden-
 tior ito. Æneid: 3. Fungimus hospitio dextras, & te-
 cta subimus.

Hæc etiam I longum habent: Nolito, nolite, noli-
 mus, nolitis, velimus, velitis, simus, & quæ ex ipsis
 componuntur: Ut possimus, &c. Ovid: Met. I. Et do-
 cumenta damus, qua simus origine nati. Pont: 4. Si
 quis, ut in populo, qui sitis, & unde, requirat.

A P P E N D I X.

Imus in præterito penultimam corripit: Ut venimus,
 reperimus, comperimus. Æn: 1. Non vos aut Lybicos
 ferro populare penates venimus, aut raptas ad littora
 vertere prædas.

A P P E N D I X

Tempora conjunctivi modi syllabis rimus ritis
 finita habeantne penultimam brevem, an longam,
 Grammatici certant (& adhuc sub iudice lis est) non
 solum recentiores, sed etiam veteres: Diomedes enim
 docet præteritum breve esse, futurum verò longum.
 Probus utrumque longum esse affirmat. Quare cum

versus facies, Póetas optimos imitaberis, qui Ri syllabā modō corripunt, modō producunt, prout versus postulat. Sin tibi aliquid recitandum erit, ne sermonem des auditoribus, consuetudini regionis servies.

O in verborum incrementis semper producitur: Ut facitote. Ovid: Met. *Cumquē loqui poterit patrem, facitote, salutet.*

U in verborum incrementis ubiquē corripitur: Ut sumus, possumus, volumus. Horat. Ep: I. *Nos numerus sumus & fruges consumere nati.* Idem ibidem. *Si patriā volumus, si nobis vivere cari.*

DE ULTIMIS SYLLABIS

CAPUT VI.

Syllabæ, quæ ultimum locum tenent, partim positivæ: Ut prudens, præcox; partim diptongo: Ut Muzæ; partim privatis præceptionibus cognoscuntur, de quibus nunc agendum est.

A in fine.

A finita dato longis; ita postea demē,

Eja, quia, & casus omnes; sed protrahē sextum.

Produci is, Græcos casus adijunge vocandi.

SCHOLIŌN.

Virg: Æneid 1. *Musa mihi causas memora, quō Numine læso.* Idem Æneid: 3. *Triginta capitum foetus cœnixa jacebit.*

EXCEPTIO.

Corripe eja, ita, postea, quia; Item casus omnes in A: Ut Anchora, vela, præter ablativum prorā, vocativos Græcos: Ut o Ænea, o Atla, Calcha, Palla. Ænt 11. *Non ita me experti Bitias, & Pandarus ingens.* Ibidem 3. *Anchora da prora jacitur, stant litore puppes.* Idem ibidem. *Quid miserum, Ænea, laceras? jam parce sepulto.*

E in fine.

E brevia; primam tende, & cum pinora quintam,

Cete, obe, tempe, fermequē, ferequē, famequē

Adde doce, similequē modum, & monosyllaba, (præter

Encliticas ac syllabicas) nec non (male dempto

Ac benè) produces adverbia cundâ & secundâ.

S C H O L I O N.

E literâ finita corripuntur: Ut nate, fuge, penè, pone, nempe. Virg: Æneid: 2. *Hec fuge, nate Dea, teque bis, ait, eripe flammis.* Ecl: 9. *Penè simul tecum solatia rapta Menæa.*

E X C E P T I O. I.

1. Producentur omnia primæ & quintæ declinationis: Ut Anchisades, o Anchisia de, Calliope, re, die, & quæ indè oriuntur: Ut quare, hodie, quibus adde: fame, cete, tempe, ferme, ferè, ohe. Mart: l. 4. *Ohe jam factis est, ohe libelle* Virg Æneid 6. *Tros Anchisiade, facilis descensus a verni.* Mart: l. 10. *Non venias quare tam longo tempore Romam.* Virg: Æneid: 6. *Objicit: ille fame rabida tria guttura pandens.* Juv: Sat: 6. *Nulla fere causa est, &c.* Idem Sat: 13. *Mobilis & varia est ferme natura malorum.*

E X C E P T I O II.

Item verba imperativi modi, numeri singularis, secundæ conjugationis. Ut *vide*, *habe*; *cave* tamen sæpè corripitur. Horat: Ep: 1. *Vade, vide cave, ne titubet, mandataque frangas.* Ovid: Met: *Nate cave, dum resque finit, tua corrige vota.* Trist: 1. *Tu, cave, defendas, quamvis mordebere dicitis.*

Sunt etiam longa monosyllaba: Ut *me*, *te*, *se*, exceptis conjunctionibus encliticis: *què*, *vè*, *ne*: & syllabicis adjectionibus, *ptè*, *ce*, *te*; Ut *suapte hisce*, *tute*. Virg: Æn: 1. *Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?* Horat: *fer: 1. Sat: 4* *Hinc omnis pendet Lucilius, hoscè sequuntur.*

E X C E P T I O III.

Longa sunt præterea adverbia, à nominibus secundæ declinationis profecta; Ut *placide*, *valde*, *minimè*, *summè*; præter *benè*, & *malè*. Mart: l. 9. *Excipe sollicitos placide mea dona libellos.* Idem lib: 10. *Nil bene cum facias, facis attamen omnia bellè.* Hor: in Art: *Et male tornatos incudi reddere versus.*

A P P E N D I X.

Adverbia tertie declinationis, cum in adverbia

M3

trans-

transeunt, ultimam habent brevem: ut sublimè, sva-
vè, dulcè; itemquè facilè, difficilè. &c. Virg. Ecl. 9.
Cantantes sublimè ferent ad sidera cygni. Ecl: 4. Ipse
sed in pratis aries jam sava rubenti Murice.

I in fine.

I produc; brevia nisi cum quasi, Græcaquè cuncta.
Fure mihi variare, tibiquè, sibiquè solemus.
Corripies ibi, ubi, melius dissyllabon & cui.

SCHOLIION.

I. vocali terminata, longa sunt: Ut classi, fieri Æn:
6. Sic fatur lacrimans classiq; immittit habenas. Mart:
1. 8. Quam vellem fieri meus libellus! Phaleuc.

EXCEPTIO, I.

Corripe nisi, quasi & Græca, quæ in I vel Y exe-
unt: Ut Palladi Daphni, Moly. Ovid de Pont. 4. Quid
nisi, Pierides, solatia frigida restant. Virg: Ecl: 9. In-
sere Daphni pyros, carpent tua poma nepotes. Stat:
Achil 1. Palladi littoreæ celebrabat Scyros honorem.

EXCEPTIO, II.

Mihi, tibi, sibi, ultimam habent communem; ibi,
ubi, cui, cum dissyllabum est, frequentius corripuntur.
Virgil: Æn: 1. Post mihi non similis pena commissa lue-
tis. Ecl: 10. Extremum hunc Arethusa mihi concede la-
borem. Mart: 1. 3. Sed norunt, cui serviant leones. Phaleuc.

O in fine.

O datur ambiguis. Græca & monosyllaba longis,
Ergo pro causa, ternus sextusquè secundæ;
Atquè adeo, atquè idec,, atquè adverbia nomine nata.
Sed citò corripies modoquè & scio, nescio & imò,
Et duo. Sit varium serò, & conjunctio verò.

SCHOLIION.

O, finita ambigua sunt: ut amho, quando, octo, vi-
gilando, nolo, eo, queo. Mart: 1. 5. Nolo mihi ponas
rhombum, nullumvè bilibrem; nolo boletos, ostrea, nolo tace

EXCEPTIO I.

Excipe monosyllaba: Ut O, do, sto: dativos, & ab-
lativos: Ut somnò, tuo, quæ longa sunt.

Item Græca, quæ habent omega: Ut Andregeo, Atho,
Cli-

Clio, Alecto, & cætera ejusdem generis, quibus accedit ergò pro causa. Æn: 1. O lux Dardaniæ, spes o fidissima Teucrùm! Ibidem. Invadunt urbem somno vinoque sepultam. Ibidem 7. Alecto torvam faciem, & furialia membra.

E X C E P T I O II.

Item adverbia à nominibus orta: Ut subitò, meritò, multò, quibus adduntur, adeò, ideo.

Hinc rursus excipiuntur: modò, quomodo, dummodo, postmodo, citò, imò, quibus accedunt: scio, nescio, duo.

A dverbium serò & conjunctio verò, ultimam habent communem. Mart: lib: 5. *Mentiris juvenem tinctis Lentine capillis.*

Tam subito corvus, qui modò cygnus erat.
Idem lib: 6. *Non habet ergo aliud, non habet imò sum.* Idem lib: 5. *Alcida cito Di, sed tibi sero dabunt.*
Val: Flac: lib: 5. *Quod petimus, sin vero preces, & dicta superbus.*

U, B, D, T, in fine.

U semper produc; B, D, T, corripe semper.

S C H O L I O N

U Finita longa sunt: Ut manu, cornu, Panthu. Æneid: 2. *Tela manu miseri jactabant irrita Teucri.* Met: 12. *Nec mora: curavit cornu. nervoque sagittam impulit.* Æneid. 2. *Quo res summa loco Panthu, quam prendimus arcem?* B, D, T, literis terminata, corripuntur: Ut ab, quid, audiit. Virgil: Æn: 8. *Tum Pater Æneas puppi sic fatur ab alta.* Idem 2. *Quidquid id est, timeo Danaos, & dona ferentes.* Idem 7. *Audiit, & trivia longè locus audiit omnis.*

C, L, M, in fine.

C longum est. Varium hic pronomen; corripe donec.

Et nec; fac, pariter malunt breviare Pœtæ.

Corripe L; at produc sal, sol nil, multaque Hebræa.

M vorat Eclipsis, prisci breviare solebant.

S C H O L I O N.

C litera finita longa sunt: Ut sic, hoc, hic adverb: Æneid: 3. *Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.*

M₄

Idem

Idem 2. *Classibus hic locus, hic acies certare solebant.*

E X C E P T I O. I.

Corripe nec, & donec: Hic pronomen virile est anceps; fac tutius corripitur. Ovid: Trist: 1. *Parve, nec in video, sine me liber ibis in urbem.* Virgil: *Æneid: 6. Hic vix, hic est, tibi quem promitti sæpius audis.* Idem 9. *Est hic, est animus lucis contemptor, & istum.* Ovid: 5. *Met. Hoc fac Armenios, hæc est Donacia Perseis* Mart: lib: 5. *Signa rarius, aut semel fac illud.*

L finita breviter sunt: Ut *Asdrubal, semel, vigil, simul, consul.* Sil: 1. 7. *Vertit terga citus, damnatus Asdrubal ausis.* Hor: Ep: 1. *Quo semel est imbuta recens, servabit odorem testa diu.*

E X C E P T I O II.

Sal, pil, sol, longa sunt; item pleraque peregrina: Ut *Nabal, Daniel, Saul:* Stat Sil: 4. *Non sal oxyporum, caseusve.* Mart: 1. 10. *Nil aliud video, quo te credamus amicum.* Ovid: Met: 2. *Ulterius spatium medio, sol altus habebat.*

M finita priscis temporibus corripiebantur: neque à sequente vocali (ut jam fit) excipiebantur; quod etiam nunc in compositis verbis cernitur. Ennius Ann. 10. *Insignita fere tum milia militum obta.* Juv: Sat. 9. *Quo te circumages? que prima, aut ultima ponas.*

N in fine.

N longum est *Græcis pariter, pariterque Latinis; En brevia, quod format. Inis, breve; Græca secunda, Fungimus, & quartum, si sit brevis, ultima recti. Forsitan, in, forsan, tamen, an, viden, adjice curtis.*

S C H O L I O N.

N Litera finita longa sunt: Ut *Sin, Fitan, Siren, Salamin, Aëxon, & cætera tertix declinationis, quæ in On exeunt.* *Æn: 1. Sin absumpta, salus, & te pater optime Teucrum.* Lucan: 1. *Unde venit Titan, & nox ubi sidera condit.* Ovid: Met: 3. *Aëxon ego, sum, dominum cognoscite vestrum.*

2. Item accusativus Græcus nominum in *As, Es, Es:* Ut *Ænean, Anchisen, Calliopen.*

3. Græcus itidem genitivus multitudinis cujusvis decli-

declinationis: Ut Cimmerion, Epigrammaton. *Æneid: 2. Et saxum Ænean agnovit Turnus in armis. Æn: 3. Amitto Anchisen, hic me pater optime fessum deseris. Tibul: lib: 4 Cimmerion etiam obscuras accessit ad oras.*

E X C E P T I O I.

1. Corripi An, in, forsān, forsitan, tamen, attamen, viden.

2. Item en syllabā finita, quæ faciunt genitivū inis: Ut nomen, lumen, flumen. *Æn. 1. Forsitan, & Priami fuerint, quæ fata requiras, Stat: Theb: 3. Ipsæ dedi, viden ut jugulo consumpserit ensem. Ovid: Fast: 2. Nomen Arionium Siculas impleverat urbes.*

E X C E P T I O II.

Corripiuntur etiam Græca in On, quæ ad secundam nostram declinationem spectant: Ut Pelion, Ilion, Erotion. Ovid in Ep. *Ilion & Tenedos, Simoisque, & Xantus, & Ida. Mart: lib: 5. Pallida nec nigras horrescat Erotion umbras.*

Omnes deniquè accusandi casus, qui à nominibus ultimam brevem habentibus proficiuntur: Ut scorpion, Thetyn, Ityn, Majan Æginan, Lucan: 1. *Scorpion incendis cauda, Chelasque perurris. Ovid: Met: 7. Tantaque nox animi est: Itin buc accersite, dixit. Stat. Theb: 7. Namque ferunt raptam patris Æginan ab undis.*

R in fine.

R breve. Ver longum est, fur, par, cum pignore lar, nar, Cur, far, cum Græcis, quibus est genitivus in Eris; Addito Iber; sed cor melius breve. Celtiber anceps.

S C H O L I O N.

R literā terminata corripiuntur: Ut Amilcar, semper, semivir, precor, Hæstor, turtur. Sil: 1. 2. *At senior Siculis exultat Amilar in armis. Æneid: 1. Semper bonos nomenque tuum, laudesque manebunt. Lucan: l. 8, Insuperisse manus impure, ac semivir, audes? Virg: Ecl: Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo,*

E X C E P T I O.

Producitur cur, far, fur, iber, lar, nar, ver, par, cum compositis; ut compar, dispar, & impar, & Græ-

ca, quæ faciunt genitivò Eris; Ut æér, æther, crater.
 Hor: in Art. Cur ego, si nequeo ignoroquè, Poeta salutor.
 Luc- 1. 6. Si tibi durus Iber, aut sit tibi terga dedisset
 Cantaber. Hor 2. ser: 3. Ludere par impar, equitare
 in arundine longa. Æneid: 6. Largior hic campos æther,
 & lumine vestit.

A P P E N D I X

Cor melius corripitur. Celtiber anceps est. Ovid:
 Trist: 5. Molle cor ad timidas sic habet ille manus. Mart:
 10. Ducit ad auríferas quod me Solo Celtiber oras.

As, & Es, in fine.

As produc. Quartum Græcorum tertia casum
 Corripit & rectum, si in Adis breve patrius exit.
 Es quoquè produces; breviat sed tertia rectum,
 Cum patrii brevis est crescens penultima: pes hinc
 Excipitur paries, aries, abiesque, Ceresquè.
 Corripe at es, (de Sum) & penes, & pluralia Græca.

S C H O L I O N

As syllabâ finita longa sunt: Ut Æneas, Pallas, Pal-
 lantis, fas, nefas. Virg: Æn: 10. Æneas ignarus abest.
 Ibidem. Tella manuiquè adsint hinc Pallas: instat, & ur-
 get. Virg. Geor: 3. Fas & jura sinunt.

E X C E P T I O.

1. Corripe Græca, quorum genitivus exit in adis:
 Ut Arcas, Arcadis, Pallas, Palladic.

2. Item accusativos tertiæ declinationis Græcorum:
 Ut Troas, Delphinas, Heroas. Ovid: Met: 6. Pallas
 anum simulat. Mart: 1. 9. Cum quibus Alcides, & pius
 Arcas erat. Virg: Ecl: 4. Permissos Heroas, & ipse
 videbitur illis.

3. Es syllabâ terminata longa sunt: Ut Anchises,
 locuples, quoties, octies, decies, trities. Æneid: 6.
 Anchises alacris palmas utrasquè tetendit. Mart: 1. 11.
 Orbis es, & locuples, & Bruto Consule natus. Idem 1.
 10. Dicere te lassum quoties ego credo. Quirine. Idem. 8.
 Uno nasceris octies in anno.

E X C E P T I O I.

1. Corripe nomina tertiæ declinationis, quæ cre-
 scunt in obliquis, penultimâ brevî: Ut dives, eques,
 hospes,

hospes, miles, pedes, itis. &c. Æneid: 2. *Insula di-
ves opum, Priami dum regna manebant. Idem ibidem.
Obvius armato, ceu cum pedes iret in hostem.*

2. Præter abies, aries, ceres, paries, pes cum com-
positis: Ut cornipes, sonipes. Virg: Ecl: 7. *Populus
in fluviis, abies in montibus altis.* Luc: l. 8. *Non ari-
es illis, non ulla est machina belli.* Virg: Georg: 2. *Fla-
va ceres alto nequidquam spectat Olympo.* Ovid: Met: 6.
Nec pes ire potest, intra quoque viscera saxum est.
Æneid: 4. *Stat sonipes, ac fræna feræ spumantia
mandit.*

EXCEPTIO II.

Es à verbo sum breve est, & ex eo composita: Ut
potes, ades, item penes. Græca neutra in Es, ut Ca-
cœthes; præterea nominandi, vocandiquè casus Græco-
rum: Ut Arcades, Trœes, dzmones, Rhetores, Ama-
zones. Virg: Æneid: 2. *Quisquis es, amissos hinc jam
obliviscere Grajos.* Mart: l. 6. *Tu potes & Patriæ mi-
les, & esse decus.* Hor: in Ar: *Quem penes arbitrium
est, & jus, & norma loquendi.* Virg: Ecl: 7. *Ambo flo-
rentes ætatibus, Arcades ambo.* Æneid: lib: 1. *Egressi
optatata potiuntur Trœes arena.*

Juv: Sat- 1. - - - - - . *tenet insanabile multos
Scribendi Cacœthes, & agro in corde senescit.*

Is, vel Ys in fine.

*Corripies Is, & Ys; plurales excipe casus,
Glis, sis, vis verbum ac nomen, nolisque, velisque,
Audis cum sociis, quorum & genitivus in Inis.
Entisve aut itis longum, producito semper.*

SCHOLI ON.

IS, vel Ys, finita corripuntur; Ut apis, inquis, ais,
Thetis, Typhis, Itys. Ovid: Met: 13. *Non apis
inde tulit collectos sedula flores.* Virg: Ecl: 4. *Alter
erit tum Typhis, & altera, quæ vebat, Argo.*

EXCEPTIO I.

1. Excipe casus omnes multitudinis: Ut viris, armis,
Musis, nobis, vobis, queis pro quibus, omneis, urbeis.
2. Item glis, vis, (nomen & verbum) velis, sis
cum compositis; & quamvis, nolis, adis.

3. Et

3. Et secundas personas numeri singularis, modi indicativi, quartæ conjugationis. Ut audis, nescis, sentis. *Æneid.* 1. *Præsentemque viris intentant omnia mortem.* Idem ibid.: *Quis ante ora patrum Trojæ sub manibus altis.* Idem ibid.: *Non es vis animo, nec tanta superbia victis.* *Mart.* 1. 9. *Fam satis est, non vis Afer avertere vale:* Idem lib: 1. *Nescis heu! nescis domina fastidia Romæ.*

EXCEPTIO II.

Longa præterea sunt, quorum genitivus exit in inis. *Æntis, Itis, penultimâ longâ.* Ut *Salamis, Simois, Samnis, Lis.* *Ovid.* in *Ep.* *Hac ibat Simois: hic est Sigeia tellus.* *Hor.* in *Ar.* *Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.*

Os, in fine.

Vult Os produci, Compos breviatur, & Impos, Osque ossis; Græcorum & neutra, & cuncta secundæ. Additæ *Ausonidum, Græcus genitivus & omnis.*

SCHOLIUM

OS finita, longa sunt: Ut *Os, oris, Erectos, Tros, Minos, Heros, Athos, Androgeos, & cætera, quæ per Omega scribuntur.* *Ovid.* *Met.* 1. *Os homini sublime dedit, calumque tueri*

Fussit, & erectos ad sidera tollere vultus,

Æn. 6. *Tros Anchisade, facilis descensus Averni.*

Æn. 2. *Androgeas offert nobis socia agmina: credens.*

EXCEPTIO.

1. Corripe Os, ossis, compos, & impos, & Græca neutra: Ut *Chaos, Melos, Argos.* *Lucan.* 1. 3. *Exos & exangvis tumidos persuectuat artus.*

Ovid. - - - *Voti postmodo compos eris.*

Virg. *Æneid.* 6. *Et chaos, & Phlegeton loca nocte silentia late.*

2. Item Os finita, quæ ad secundam Latinam declinationem transeunt: Ut *Tyros, arctos, Ilios.* *Luc.* 1. 3. *Et Tyros instabilis, pretiosaque murice Sidon.* *Mart.* 1. 9. *Nescia nec nostri nominis arctos erat.*

3. Omnes denique interrogandi casus, a quibuscunque rectis proficiantur: Ut *Arcados, Pallados, Typhœos, The-*

Thetyos, Tereos. Ovid Met: 1. *Arcados hinc sedes
& inhospita tectis Tyranni.* Ovid: Fast: 4. *Alta jacet
vasti super ora Typhoës Æthna.* Luc: 1. *Thetyos undi-
vaga lunaribus æstuat boris.*

Us, in fine.

*Us breve ponatur; produc monosyllaba; quæque
Casibus increfcunt longis, & nomina quartæ,
(Excepto recto & quinto) & quibus exit in untis
Patrius; & conflata à pus, contractaque Græca,
In recto, ac patrio & venerandum nomen ꝑ ESUS.*

S C H O L I O N.

Us syllabâ terminata brevîa sunt: Ut littus intus,
fensibus & nominandi, vocandiquè casus singulares
quartæ declinationis: Ut domus, manus. *Æneid: 3.
Heu fuge crudeles terras, fuge littus avarum.* *Æn: 2.
Hic Dolopum manus, hic sævus tendebat Achilles.*

E X C E P T I O I.

1. Excipe monosyllaba. Ut plus rus, thus. Luc: 1. *Plus illa vobis acie, quam creditis, actum est.*
2. Et quæ crescunt in obliquis penultimâ longâ: Ut salus, tellus, palus. Et nomina quartæ declinationis (præter casus ante-dictos) Ut aditus, vultus. Ovid: Met: 1. *Mox etiam fruges tellus inarata ferebat.* Ovid: Met: 11. *Functâ palus huic est densis obsessa salictis.* Mart: 1. 8. *Hos aditus urbem Martis habere decet.*
3. Palus tamen ab Horatio in arte Pœtica semel corripitur: *Regis opus sterilisq; diu palus, aptaq; remis.*

E X C E P T I O II.

Deniquè Græca nomina, quorum genitivus exit in untis: Ut opus, Amathus, & quæ ex pus componuntur, ut tripus, Melampus, quæque ex os contrahuntur: Ut Panthus: ex Panthoos. Item genitivus in Us, à fœmininis in O: Ut Manto, Mantus, Clio, Clius, &c. *Æn: 10. Est Amathus est, celsa mihi Paphus, atq; Cythera.* *Æn: 2. Panthus Ottriades Martis Phæbique sacerdos.* *Æn: 10. Fatidicæ Mantus, & Tusci filius amnis.*

A P P E N D I X.

1. Huc etiam Jesus, Sacro-Sanctum Domini ac Liberatoris nostri Nomen spectat.

2. Us finita non contracta, & ab Os syllaba profecta corripuntur, Ut Pamphagus, Oribasus, Polypus: quorum ultimum *Æoles* per os scribunt; quare à Latinis per Us effertur ultima brevi. Ov: Met: 3. *Pamphagus & Dorceus & Oribasus Arcades omnes.* Horat: in Ep: *Polypus, an gravis hirsutis cubet hircus in ulnis.*

DE SYLLABA COMMUNI

CAPUT VII.

Communis syllaba, ut supra diximus, est, quæ modo brevis, modo longa apud Pœtas reperitur.

P R Æ C E P T U M I.

De Syllaba communi.

Et Diphtongus, & vocalis longa communes fiunt, cum vocalem diversæ dictionis præcedunt.

Breves.

Æn. 3. Insula Fonio in magno: quas dira Celæno.

Æn. 5. Victor apud rapidum Simœnta sub Ilio alto.

Ecl: 7. Credimus, an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.

Proper: 1.2. Tu quoque o Eurition vino Centaure peristi.

Longæ.

Virg: Georg: 1. Antè tibi Eoæ Athlantides abscondantur.

Id: Ecl: 6. Stant & juniperi, & castaneæ hirsutæ.

Æneid: 4. Lamentis, gemituque, & famineo ululatu.

Ecl: 3. Et succus pecori, & lac subducitur agnis.

Breves & longæ in eodem versu.

Georg: 1. Glauco & Panopæa, & Inoo Melicerta.

Idem ibidem. Ter sunt conati imponere Pelio Ossam.

P R Æ C E P T U M II.

Monosyllaba brevia interdum à Pœtis more Græcorum producuntur. *Æneid: 3. Liminaque laurusque Dei, totusque moveri.* Juv: Sat: 7. *Et animam & mentem, cum qua dii nocte loquuntur.*

P R Æ C E P T U M III.

Syllaba brevis post quatuor primos pedes, maxime secundum & tertium, relicta, nonnunquam à Pœtis producitur, quam Grammatici cæsuram vocant.

Syllaba brevis, post primum pedem producta. *Æn.*

4. Pætio,

4. *Pectoribus inhians spirantia consulit æta.* Æneid: 11. *Oratis? equidem & vivis concedere vellem.* Juven: Sat: 6. *Quis nescit, ut quis non vidit vulnere Pali?* Martial: lib: 6. *Meque sinus omnis, me manus omnis habet.*

Post secundum.

Æn: 2. *Nostrorum obruimur, oriturque miserrima cædes.* Idem 5. *Emicat Euryalus, & munere vicior amici.* Idem 7. *Nam tibi Thymbre caput Evandrius abstulit ensis.* Mart: 1. 14. *Det tunicam dives, ego te præcingere possum.*

Post tertium.

Æn: 5. *Ostentans artem, pariter arcumque sonantem.* Æn: 3. *Dona debinc aurò gravia seclioque elephanto.* Ibid: 12. *Congredior fer sacra pater, & concipe fœdus.* Stat: Ach: 2. *Nequa det indignos Thetidi captiva nepotes.*

Post quartum.

Æn: 10. *Grajus homo infectos linquens profugus hymenæos.* Virg. Ecl. 6. *Ille latus niveum molli fultus hyacyntho.* Georg: 2, *Muneribus tibi pampineo gravidus autumnno.*

A D M O N I T I O.

His tribus præceptionibus non in suis componendis, sed metiendis veterum Poëtarum carminibus utentur tyrones.

P R Æ C E P T U M IV.

Vocalis brevis ante mutam & liquidam ejusdem dictionis, ut supra dictum est, communis est in carmine, quamvis in soluta oratione semper corripitur: Ut Atlas, volucris, Cleopatra, Patroclus, lugubris, funebris. Æneid: 4. *Cum tacet omnis ager, pecudes, pictaque volucres.* Æneid: 7. *Assuetæ ripis volucres, & fluminis alveo.*

A P P E N D I X.

Syllaba naturâ longa, nunquam corripitur, etiamsi muta cum liquida sequatur: Ut aratrum, volutabrum, involucrum, salubris & reliqua generis ejusdem.

P R Æ C E P T U M V.

Ultima syllaba versus communis est: siquidem brevis pro longa ponitur. Virg *Æn*: 1. *Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aquor.* Ibidem: *Nate Patris summi, qui tela Typhœa temnis.*

Sextus enim pes spondeus est, qui ex duabus longis constat. Aut contra, longa pro brevi. Mart: lib: 9. *Nobis non licet esse tam disertis.*

Qui musas colimus severiores.

Ultimus namque pes Chorus est, qui ex longa constat & brevi.

DE NECESSITATE METRICA

CAPUT VIII.

LEx necessitasque metri cogit Poetas, breves aliquando producere; velut cum sunt tres breves continuæ in carmine Heroico, quod in Italia, Priamides, Arabia, aliisque idgenus usu venit. *Æneid*: 3. *Ibitis Italiam, portusque intrare licbit.* *Æn*: 6. *Atque hic Priamidem laniatum corpore toto.* Proper: 1. 2. *Et domus intacta te tremat Arabia.*

Aut contra, longas corripere; ut cum brevis inter duas longas est: Juv: Sat: 1. *Fugerunt trepidi vera ac manifesta canentem Stoicidæ.*

Stoicidæ, dixit penultimam brevi, necessitate metri coactus; neque enim Hexametrum carmen Creticum recipit, qui ex longa, brevi & longa constat.

De Licentia Poëtica.

Poëtæ, quibus semper potestas fuit, (ut ait Horatius) quidquid audendi, nulla coacti necessitate syllabis interdum pro suo jure abutuntur. Tulerunt enim, dederunt, & nonnulla alia ejusdem generis, penultimam correptam efferunt. Virg: *Ecl*. 3. *Matris longæ decem tulerunt fastidia menses.* Hor: *Ep*: 1. *Dî tibi divitias dederunt, artemque fruendi.*

DE PEDIBUS

CAPUT IX.

Quoniam de syllabis tum brevibus, tum longis tum communibus dictum est: superest, ut & de

pedibus, (qui ex ipsis syllabis) & de versu, (qui ex pedibus constat) breviter dicamus.

Quid sit pes?

Pes est pars versus, certo syllabarum numero atque ordine definita.

Pedes duarum Syllabarum

Spondeus constat ex duabus syllabis longis: Ut
possunt omnes. - -

Pyrrichius ex duabus brevibus ut: *Furor ruit.* v v
Choreus, seu (ut alii vocant) Trochæus, ex longa
& brevi, ut *Arma vincor* - v

Jambus ex brevi & longa, ut: *Viros, rogas.* v -

Præcipui pedes trium syllabarum.

Molossus ex 3bus longis, ut: *Æneas contendunt.* ---

Trochæus, sive tribrachys ex tribus brevibus, ut:
Facere tumidus. v v v

Dactylus ex longa, & duabus brevibus, ut: *Corpora,*
traximus. - v v

Anapestus ex duabus brevibus, & longa ut *Animus*
capiunt. v v -

SCHOLIUM.

Cæteri pedes ex his compositi sunt, & Oratorum
magis proprii, quam Poëtarum. Quoniam tamen ab
Auctore sunt compositi, visum est in hac editione re-
ponere. Porro prudens Magister viderit, an sint ini-
tium tyronibus proponendi.

Minus præcipui pedes trium syllabarum.

Bacchius ex brevi, & duabus longis, ut *Dolores*
parabant. v - -

Antibacchius ex duabus longis, & brevi, ut: *Audisse*
maturus. - - v

Creticus seu amphimacer ex longa brevi, & longa,
ut: *Maximos audiunt.* - v -

Amphibrachys, sive Scholius ex brevi longa, &
brevi, ut: *Cadebat poema.* v - v

Pedes quatuor syllabarum ex superioribus compositi.

Dispondeus constat ex duobus spondeis, ut: *Orato-*
res. - - - - (v v v v)

Proceleusmaticus ex duobus Pyrrichiis, ut *Abiete,*

Dicho-

Dichoreus ex duobus Choreis, ut: *Dimicare* - v - v
 Dijambus ex 2bus Jambis, ut: *Propinquitas* v - v -
 Chorijambus ex Choreo, & Jambo, ut: *Nobilitas*. v v -
 Anapestus vel antipastus, ex jambo & Choreo, ut:
Recusare v - - v

Jonicus à majore, è Spondeo, & Pyrrichio, ut *Calcaribus cantabimus*. - - v v

Jonicus à minore, ex Pyrrichio, & Spondeo, ut *Dionedes Lacedæmon*. v v - -

PAEONES & EPITRITI.

Pæones quatuor sunt, omnes ex tribus brevibus, & una longa constant, hac lege: Ut primus primam habeat Longam, secundus secundam, tertius tertiam, quartus quartam.

Pæon I. ex Choreo, & Pyrrichio, ut *Aspicite temporibus*. - v v v

Pæon II. ex Jambo, & Pyrrichio, ut: *Potentia docebimus*. v - v v

Pæon III. ex Pyrrichio, & Choreo, ut *Animatus moriatur*. v v - v

Pæon IV. ex Pyrrichio, & Jambo, ut: *Calamitas obierant*. v v v -

SCHOLION

M. Tullius, & alii nonnulli. duos tantum pæonâs videntur agnoscere, quorum prior primam habet longam posterior ultimam.

Epitriti, seu Hippii totidem sunt sed Pæonibus contrarii:

Epitritus I. ex Jambo & Spondeo, ut: *Repentinos repugnarunt*. v - - -

Epitritus II. ex Choreo, & Spondeo, ut *Conditores, comprobârunt*. - v - -

Epitritus III: è Spondeo & Jambo, ut *Discordiâ clamaveras*. - - v -

Epitritus IV. è Spondeo & Choreo, ut: *Fortunatus pugnabamus*. - - - v

Pedes quinque Syllabarum.

Quinque syllabarum pedes inusitati sunt, præter Dechinum oratorix compositioni maxime appositum:

Con-

Constat ex jambo & Cretico, ut: *Respublica perborro-*
scerent. v - - v -

D E V E R S U C A P U T X.

Versus est oratio certo genere, numero, atque ordi-
ne pedum alligata.

Carmen Hexametrum, sive Heroicum.

Hexametrum carmen constat sex pedibus, quorum
quintus Dactylus est, sextus Spondeus, reliqui Dactyli,
vel spondei. Virg: *Æneid: 1. Urbs antiqua ruit, multos*
dominata per annos.

A P P E N D I X

Quintus pes nonnunquam Spondeus est; unde Ver-
sus Spondaicus appellatur, quò vel rei alicujus gravi-
tas, & amplitudo, vel ingens mœror, animique angor,
vel aliud declaratur. Virg: *Ecl: 4. Cara Deum sobolès,*
magnum Fovit incrementum. Æneid: 2. Constitit, atque
oculís Phrygia agmina circumspexit.

Pentametrum Carmen.

Pentametrum Carmen (quod ferè Hexametrum cõ-
mitatur) quinque pedes habet; quorum duo primi
Dactyli vel spondei (pro cujusquè arbitrio) sunt,
adjunctâ syllabâ longâ; quæ cætura, vel semipes dici-
tur: cæteri duo perpetuò sunt Dactyli, quibus semipes
itidem adjungitur, ut ex utroquè semipede quintus pes
fiat, vel tertio loco est Spondeus, qui alterius vocis fi-
ne, alterius initio constat, deinde duo Anapæsti. Ovid:
de Pont: 4. Et subito casu, quæ valere ruunt.

A P P E N D I X

Posterior ratio metiendi pentametrum. Quintiliano
probat lib: 9. c. 4. Et quidem (inquit) optime
est sibi junctus Anapæstus, ut qui sit pentametri finis.
Ibid: Est quoddam in ipsa divisione verborum latens
tempus, ut in pentametri medio Spondeo, qui nisi al-
terius verbi fine, alterius initio constet, versum non
efficiet.

N2

Sena-

Senarius Jambicus, sive Trimeter.

Jambicus Acatalectus.

Senarius Jambicus cum purus est, & integer, omnibus in locis Jambos habet. Catul. *Phasollus ille, quem videtis hospites.*

Ait fuisse navium cellerrimus. Horat: Epod 2. *Beatus ille, qui procul negotiis.*

Omnes sex pedes Jambi sunt, totidem enim pedes Senarius admittit, unde & nomen invenit. Verum ut paulo tardior graviorque veniret ad aures, (ut Horatius ait) primo, tertio, & quinto loco, Spondeum, Dactylum, & anapxstum recipit. Omnibus etiam locis (præterquam sexto) Tribrachym potest recipere. Horat: Ep: 1. *Pavidumque leporem, & advenam laqueo gruem, jucunda captat præmia.*

Dimetrum Jambicum Acatalectum,

Dimetrum Jambicum quatuor recipit pedes secundo, & quarto loco Jambos, primo, & tertio Jambum, Spondeum, Dactylum, Anapxstum. Potest etiam in omnibus (præter quartum) Tribrachym admittere. Hor: Epod: 1. *Ut prisca gens mortalium. Idem Videre properantes domum.*

Scazon, sive Chorijambus.

Scazon semper quinto loco habet Jambum, sexto vero spondeum; cæteris omnibus cum Senario Jambico consentit. Mart: l. 5. *Extemporalis factus est meus Rbetor, Calphurnium non scripsit, & salutavit.*

S C H O L I O N.

Metimur omnia genera carminum per dipodiam, seu pedibus duplicatis, præter Hexametrum, & pentametrum. Trimetra dicuntur, quod tribus metris (mensurando per dipodiam) constet. Senaria, quod tenis pedibus, Acatalecta dicuntur, quæ sunt integra. Hypercatalecta, quæ syllabâ unâ, vel duabus redundant. Catalecta quibus una syllaba deest. Brachycatalecta, quibus pes unus deest.

Anapesticum Dimetrum Acatalectum.

Anapesticum carmen, quo frequenter in choris utitur

tur Seneca, constat quatuor pedibus. qui ferè sunt Dactyli vel Spondei, permistis Anapæstis; ita tamen, ut secundo & quarto loco absit Dactylus. Sen: Her: Furen: *Lugeat æther, magnusque Parens Ætheris alti tellusque ferax & vaga Ponti mobilis unda.*

A P P E N D I X.

Secundus pes dictionem terminat, qui frequentissimè est Spondeus.

Glyconium.

Glyconium carmen constat Spondeo, & duobus Dactylis, quò Seneca interdum choros scribit. Sen: Thyest. *Tandem regia nobilis, Antiqui genus Inachi, fratrum composuit minas.*

Asclepiadeum.

Asclepiadeum carmen constat Spondeo, duobus Choriambis, & Pyrrychio, vel Spondeo, Dactylo, & syllabâ longâ; deinde duobus Dactylis. Horat. carm. 1. *Mecenas, atavis edite Regibus.*

Phaleucium, sive Hendecasyllabum.

Phaleucium carmen quinquè pedibus constat, Spondeo, Dactylo, deinde tribus Choreis. Mart: 1. 1. *Commendo tibi Quintiane nostros, Nostros dicere si tamen libellos possum, quos recitat tuus Poeta.*

Apud Catullum in prima sede, etiam Choreo, & Jambo locus est. *Arido modo punicè expositum. Meas esse aliquid putare nugas.*

A P P E N D I X.

Versibus Hendecasyllabis, (sic enim à numero syllabarum etiam appellatur) plurimum utuntur, qui Epigrammata scribunt.

Sapphicum carmen.

Versus Sapphicus quinque pedes hoc ordine admittit Choreum, spondeum, Dactylum, deinde duos Choros; tertio cuique carmini ferè nectitur Adonius, qui ex Dactylo, & spondeo constat. Hor car: 1. *Integer vixit, scelerisque purus, non eget Mauri jaculis, nec arcu, nec venenatis gravida sagittis, Fusce, phœretra,*

Gliconium carmen apud Horati: Ode: 4. l. 1. Choreum habet initio: *Ignis Iliacas domos.* Phaleucii pedibus abutitur Catullus; primæ enim sedi tum Jambum, tum Choreum attribuit, à quibus ceteri ferè abstinent.

D E F I G U R I S.

Quæ spectantur in Carminum dimensione,
 C A P U T X I.

Versus metimur pedibûs, quibus metiendis non parùm prodest syllabæ communis, necessitatis metricæ, licentiæ Poëticæ, Figurarumque cognitio.

F I G U R Æ.

*Syllaba de gemina facta una, Synæresis esto.
 Distrabit in geminam huic aduersa, Diæresis unam,
 M Eclipsis vocalem haurit Synalæpha, priorem.
 Elasis extendet, rapiet sed Systola vocem.*

S C H O L I O N

Synæresis.

Synæresis, quæ & Episyualæphe. & Synecphonesis, appellatur, est syllaba una ex duabus facta; quod fit, cum dux vocales in unam contrahuntur, ut: alvearia, eadem, alveo, eodem, eisdem, aureis, arèis, denariis. Virg Georg. 4. *Scû lento fuerint alvearia vimine texta.* Æneid: 10. *Una eademque via sanguisque animusque sequuntur.*

E & O, in unam syllabam contrahuntur.

Æneid: 7. *Assveta ripis volucres, & fluminis, alveo.*
 Æneid: 10. *Uno eodemque tulit partu, &c.*

E & A vocales, in unam coalescunt.

Æneid: 1. *Atria dependent lychni laquearibus aurèis-*

E & I in unam syllabam cœunt.

Æneid: 12. *Petiora, nec misero clypei mora profuit arèi.*
 Hic duplex ii, in unum contractum est. Mart: 1. 7.
Denariis tribus invitas, & mane togatum.

2. Idem accidit genitivis Oilei, Achillei, Ulißei;
 & dativis ablativisque Tereo, Typhœo, & aliis simi-

mili-

milibus interdum & accusativo Typhôea. *Æneid:*
 1. *Unius ob noxam & furias Ajacis Oilei. Æneid:*
 3. *Littora Achamenides comes infelicis Ulyssæi. Æneid:*
 9. *Inarime Jovis imperiis imposita Thyphoeo. Ovid.*
Met: 6. Degeneras, scelus est pietas in conjuge Tereo.
Idem Met: 3. Nec quo centimanum dejecerat igne
Thyphoea.

In primis E & I, in secundis E & O, in ultimo E,
 & A, in unam syllabam coalescunt.

S C H O L I O N

Sæpè I & U vocales (ut quidam volunt) in con-
 sonantes mutantur. *Æneid: 11. Adversi longa trans-*
verberat abiete pectus: Idem 12. Mœnia quinque imos
pulsabant ariete muros. Idem 9. Abietibus juvenes pa-
trii, & montibus aquos. Idem 2. Hærent parietibus
scala, potesque sub ipsos. Georg: 2. Fluviorum Rex E-
ridanus. Sylv: 1. 13. Arietat in primos, objicitque imma-
nia membra,

1. In his, horumque similibus locis, I vocalis sit con-
 sonans, itaque abiete, ariete. Dactyli sunt. *Georg:*
 1. *Tenuia nec lana per calum vellere ferri. Æneid: 5-*
Genua labant, vastas quatit æger anhelitus artus.

2. In his U vocalis in consonantem migrat, quia
 Tenuia Dactylus est. Item genua labant, hæc est Pro-
 bi sententia, sunt, qui existiment esse Proceleusmaticum.
 Neque mirari debes vocales mutari in consonan-
 tes, cum eadem literæ consonantes interdum in voca-
 les vertantur, ut dissolvo quadrissyllabum, pro dis-
 solvo trissyllabo, & cætera, quæ per Diresim in duas
 syllabas dividuntur, ut deinceps docebimus.

3. In superiorum contractione delectu, & auctori-
 tate opus est; at horum contractione: Cui huic dii,
 diis, ii, iidem, iisdem, omnibus uti licet.

4. Item adverbiorum: Deinde, dein, deinceps, de-
 hinc; & verbi deest, deerat, deerant, deerit, deerunt,
 deesset; & eorum, quæ ex semi componuntur, ut: Se-
 mianimis, semihomo. *Ovid: Met: 11. Functia palus*
huic est densis obsessa salictis. Lucan: lib: 1. Sed ve-
niet major metu. Dii vota secudent. Idem lib: 4. I-

isdem quum fortes animos præcepta subissent. Sat: lib: 1. Dehinc socia cedros castisque accedere sacris. Mart: lib: 8. Sint Mecanates non deerunt Flacce Marones. Æneid: 9. Semihominis Caci facies quem dira tegebat.

Huc etiam spectat anteambulo, antehac anteu; & si quæ præterea sunt. Mart: lib: 1. *Sum comes ipse tuus, tumidique anteambulo regis. Luc: lib: 6. Plurimaque humanis ante hac incognita mensis. Virg: Æneid: II. Qui candore nives anteirent, cursibus auras.*

SCHOLIUM.

Vide plura in commentariis.

Dixresis sive Dialysis.

Dixresis est: cum syllaba una in duas dividitur, ut: Aurai trisyllabum, pro Auræ disyllabo, syluz, evoluam, evoluisse, dissoluo, persolvendus, iuavis; heu apud Comicos disyllabum. Æneid: 6. *Æthereum sensum, atque aurai simplicis ignem. Horat: Ep: 13. Nivesque deducunt Fovem, nunc mare, nunc sylva. Catullus Ort: Condita quin verè pectoris evoluam. Ovid: in Ep: Debuerant fusos evoluisse suos. Catul: de Com: Pristina vota novo munere dissoluo.*

Syna'œphe.

Syna'œphe est, cum vocalis, aut diphtongus præcedentis dictionis à sequenti excipitur; & quodammodo absorbetur. Æneid: 9. *Atque ea diversa penitus dum parte geruntur. Idem 2. Conticuere omnes, intentique ora tenebant. Idem 10. Dardanidæ è muris spes addita suscitât iras.*

EXCEPTIO.

O, heu, ah, vah, vx, proh, io, hui, cui, heu, sequente vocali: aut diphtongo integra manent. Æn: 10. *O Pater! o hominum, di-vumque æterna potestas! Stat: Theb. 5. Heu ubi siderei vultus &c.*

Vide plura in Commentariis.

APPENDIX I.

Interdum, nec vocalis, nec diphtongus (ut supra dixi-

diximus) à sequente vocali excipitur: Virg: Geor: 1. *Glauco, & Panopæ. & Inoo Melicertæ. Æn: 1. Posthabita coluisse Samo: hic illius arma.*

Id, quod multo rarius accidit, si vocalis brevis sit. *Æneid: 1. Et vera incessu patuit Dea, ille ubi matrem.*

A P P E N D I X II.

Synalœphe non solum in eodem carmine, sed in diversis locum habet. Virg: Georg: 3. *Et spumas miscent argenti vivaquæ sulphura. Ideasquæ pices.* Idem Georg: 2. *Inseritur vero ex fetu nucis arbutus horrida, & steriles platani, malos gessere valentes.* *Æneid: - - - ignari hominumquæ locorumquæ erramus.*

In his, atque horum similibus locis ultima vocalis precedentis versûs excipitur, atquæ absorbetur à prima sequentis.

Eclipsis.

Eclipsis est, cum M litera simul cum vocali eliditur, propter sequentem vocalem. Virg: Æn: 1. *Italiam, Italiam primus conclamat Achates.*

A P P E N D I X I.

Prisci M. literam cum vocali correpta servabant, ut suprâ docuimus. Enn: Ann: 10. *Inñita ferè, tum millia militum oclis.*

Eclipsis etiam in diversis carminibus locum habet. *Æn: 2. Famquæ iter emensi, turrets, ac tectâ Latinorum, ardua cernebant juvenes, murosquæ subibant.* Georg: 3. *Aut dulcis musli Vulcani decoquit humorem, & foliis undam tepidi despumat aheni.*

A P P E D N I X II.

Prisci Pœtæ S. literam passim elidebant; quodsi deinde concurrerent vocales prior à posteriore per Synalœpham excipiebatur. Enn: Ann: 7. *Doctus fidelis, suavis homo, facundus, suoquæ contentus, atquæ beatus. scitus, secunda loquens; in tempore commodus, & verborum vir paucorum.*

Doctu si; cundu su, Dactyli sunt, in secundo versu ex proxima voce exteritur S. deinde fit Synalœpha sic *content atquæ be.* Rarissimè apud posteros videas hanc

literam extritam. Cic: in Ar: *Delphinus jacet baud nimio lustratus nitore.* Alcinous. *Longè erit à primo, quisquis secundus erit. Lustratus, & quisquis amittunt S.*
Systole.

Systole est cùm syllaba natura longa corripitur
Æneid: 1. Ille autem paribus, quas fulgere cernis in armis. Æneid: 8. Fervere Leucatum, auroquè effulgere fluctus. Sil: 8. Terruerunt pavidos accensa Ceraunia nautas.

2. Aut positione longâ, sed altera consonante extrita, ut: *Obicis, pro objicis, abici, pro abjici. Luc: 8. Cur obicis magno tumulum manesquè vagantes. Ovid: de Pont: 2. Turpe putas abici, quod sim miserandus amicus.*

Ætasis, sive Diastole.

Ætasis est, cùm syllaba natura brevis simpliciter producitur. Virg: *Æneid: 1. Italiam fato profugus Lavinaque venit Littora.*

2. Aut cum eadem consonans geminatur, ut: *Religio, relliquiz, repperit, rettulit, reppulit. Æneid: 2. Relligione patrum, multos servata per annos. Æneid: 3. Troas relliquias, Danaûm atquè immitis Achillei. Virg: Vir bonus, & sapiens, qualem vix repperit unum. Hor: Ep: 2. Rettulit acceptos regale numisma Philippos. Luc: lib: 1. Reppulit à Lybicus immensum Syrtibus equor.*

SCHOLIION.

Si quis plura desiderat, legat Commentarios.

DE CÆSURA ET VERBIS POETICIS

CAPUT XII.

SI pedes, maximè versùs Heroici, è singulis dictionibus constent, ineptam & insulsam fit carmen, ut: *Aurea scribis carmina, Fuli maxime Vatum,*

2. Contrâ, si verba concidantur ita, ut mutuò amplexu pedes alii ex aliis pendeant; pulcherrimus efficitur

çitur versus. *Æneid: 1. Semper, honos nomenque tuum, laudesque manebunt Ibidem. Non gnara mali miseria succurrere disco Ibidem Jusitiaeque dedit gentes frangere superbas. Æneid: 6. Ære ciere viros, Martemque accendere cantu.*

3. Syllaba, quæ ex dictione cæditur, ac post quemvis pedem relinquitur, vulgo cæsura dicitur, cujus tanta vis est, ut ejus beneficio brevis syllaba producat: Est enim quoddam in ipsa divisione dictionum latens tempus, nam dum moramur, atque ad alias transimus: versus intervallum unum spatiumque lucratur. *Æneid:*

4. *Pectoribus inhians spirantia consulit exta. Æneid:*

3. *Emicat Euryalas, & munere victor amici. Æneid:*

16. *Unâ eademque via sanguis animusque sequuntur. Ibidem.*

Grajus homo infectos linquens profugus hymeneos.

Vides, ut syllabæ naturâ breves post primum, secundum, tertium, & quartum pedem producantur, id beneficium cæsurz acceptum referunt.

A P P E N D I X.

1. Anapæstici versus optimi putantur, si pedes singuli è singulis fiant dictionibus. *Sen: Tyest. Tertia misit buccina signum. Idem ibid: Nondum fera nuntius horæ. Idem ibid: Curvo brevis limite currens.*

2. Qui tamen perpauci sunt, si cum aliis conferantur. *Idem ibid. Pectora longis habitata, malis.*

Fam sollicitas ponite curas;

Fugiat mæror, fugiatque pavor.

3. Nec te illud prætereat, Anapæsticum versum nonnunquam pedem Anapæsticum habere nullum: id quod plurima exempla aperte docent.

De Penthemimeri. Heptemimeri. &c.

1. Veteres Grammatici versum Heroicum in quatuor partes secant, quas sectiones, siue cæsuras appellant, penthemimerim, trochaicam, heptemimerim, Bucolicam, siue Tetrapediam.

2. Penthemimeris (latine femiquinaria) constat ex duobus pedibus, & syllaba, quæ dictionem claudat. *Virg: Æneid 1. Arma virumque cano.*

3. Trochaica post duos pedes habet duas syllabas,

longas

longam & brevem, sive Trocheum, qui dictionem terminet, ut Virg: Ecl: 4. *Non omnes arbuta.* Idem *Æn.* - - *Infandum Regina.*

4. Hephthemimeris (Latinè Semiseptenaria) continet tres pedes & syllabam, quæ dictionem finiat. Ec. 1. *Multa super Priamo rogitans.*

5. Bucolica, seu Tetrapodia fit, si semiseptenariæ duas breves adjunxeris, ut Virg: *Æneid.* 1. *Talibus Ilioneus: cuncti simul.* Idem ibidem. *Multa super Priamo rogitans, super.* Idem ibidem. *Terram inter fluctus aperit; furit.* Hanc tamen postremam ajunt propriam esse Bucolici carminis, quæ Theocritus plurimum est usus.

A P P E N D I X

Versus, qui heroico nomine digni censentur, modò cæsuram unam habent, ut: *Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce:*

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

Turnus ut in fractos adverso Marte Latinos.

Omnes solam semiquinariam habent.

Modò duas, ut: *Non omnes arbuta juvant, humilesque myrica.*

Infandum regina jubes renovare dolorem!

Excitans cervicè toros, fixumque latronis, &c.

Omnes Trochaicà & semiseptenaria constant.

Modò tres, ut: *Talibus Ilioneus, cuncti simul ore fremebant.*

Multa super Priamo rogitans, super Heclore multa.

Terram inter fluctus aperit, furit æstus arenis.

Omnes & semiquinariam, & semiseptenariam, & Bucolicam habent.

D E V E R B I S P O E T I C I S

Verborum licentiâ liberiores multò sunt Poëtæ, quàm Oratores, quibus assidue accuratèquè legendis non solum verba, sed etiam cætera ornamenta iis, qui Poëticiæ studiò tenentur, diligentissimè sunt observanda.

DE PATRONYMICIS

NOMINIBUS

CAPUT XIII.

Propria item Pœetarum sunt, quæ à Grammaticis patronymica vocantur: quod à patrum, majorumquæ nominibus facta, filium, aut filiam, nepotem, aut neptem, aut ex posteris aliquem significant. Hæc fere à Græcis nominibus sunt; atquæ vel in des, vel as, vel is, vel ne, exeunt, quorum prima masculina sunt, & primæ declinationis, ut: Pelides, Achilles Pelei filius. Ovid: in Ep. *Pelides utinam vitasset Apollinis arcus.* Æacides, Achilles Æaci nepos. Æneid: 1. *Sævus ubi Æacida telo jacer Hector, &c.* Æneid: 2. *Conjugio Æacida Pyrrhi sceptrisque potitum.* Æacides. Pyrrhus Epirotarum Rex, ab Æaco originem trahens. Æneid: 6. *Ipsumquæ Æacidem genus armipotentis Achillæi.*

Cætera fœmininâ sunt, & declinationis tertiz, exceptis ultimis, quæ secundæ sunt Græcorum, ut Thestias, Altea Thestii filia. Ovid: Met: 6. *Thestias haud aliter dubiis affectibus errat.* Thaumantias, Iris Thaumantis filia. Æneid: 9. *Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est.* Æolis, Alcyone Æoli filia. Ovid: Met: 11. *Æolis interea tantorum ignara malorum.* Atlantis Atlantidis, Electra Atlantis filia. Æneid: 8. *Dardanus Iliacæ, primus pater urbis, & auctor, Electra ut Graji perhibent, Atlantide cretus.* Nerine, Nerines, Galatea filia Nerei. Virg: Eclog: 7. *Nerine Galatea, &c.*

A P P E N D I X II.

Patronymica non solum à patribus, avis, proavis, abavis, atavis, tritavis, aliisque majoribus deducuntur, sed etiam matribus. ut: Iliades Romulus, ab Iliâ, Philyrides Chiron Centaurus, à Philyra, Latois, idis vel idos Diana à Lyto, hoc est, Latona. Ovid: Met: 14. *Invadunt portasquæ petunt, quas obice firmos clausæ*

clauferat Iliades. Ovid: Met: 7. Philyrides puerum
citharâ perfecit Achillem. Idem. Præteritas celsâsse fe-
runt Latoldos aras.

2. Item à fratribus, ut: Phoronis, Io, seu Isis: Pho-
ronei soror, Phætonias soror Phætonis. Idem Met.
Nec Superum rector mala tanta Phoronidos ultra ferre
potest. Virg: Ecl: 6. Tum Phætoniades musco circumdat
amara corticis.

3. A Regibus præterea, & conditoribus, ut: Rô-
mulidz, Romani, à Romulo; Dardanidz, Trojani à
Dardano; Æneadz, ab Ænea; Cecropidz, Athenien-
ses à Cecrope; Thefidz, à Theseo. Persius. Sat: 1:
Inter pocula quærunt Romulidæ saturi; quid dia poema-
ta narrent. Æneid: 5. Dardanidæ magni genus alto
à sanguine diuum. Æneid: 3. Æneadesque meo nomen
de nomine fingo. Ov: Met: 7. Phocus in interiori spati-
um pulchrosque recessus Cecropidas duxit. Virg: Georg:
2. Præmiaque ingentes pagos, & compita circum Thefidæ
posuere.

A P P E N D I X II.

Multa à Regionibus, urbibus, montibus, fontibus,
fluviiis, aliisque rebus fiunt, quæ formam quidem patro-
nymicam habent, re autem gentilia sunt, aut pro pos-
sessivis, adjectivisque nominibus ponuntur, ut: Asis,
Libistis, Italis, Ausonis, Sarmatis, Colchis, Sithonis,
Theffalis, Siculis, Sidonis, Ilias, Troas, Erimantis,
Mænalis, Pieris, Tritonis, Pegasus, Phæbas.
Ovid: Met: 7. Ægeas metiris aquas, & in Aside terra
Mænias constituis. Syl: 7. Ad quem Cymodoce Nym-
pharum maxima natu italidum. Æneid: 5. Horridus
in jaculis & pelle Libyfidis urse. Ovid: Fast: 2. Ca-
ptaque erat Lyricis Ausonis ora fontis. Idem in Ep: Nec
vehit Æthæas Sithonis unda rates. Idem Trist: 1. Sar-
matis est tellus, quam mea vela petunt. Virg: Æneid:
1. Interea ad templum non æque Palladis ibant Crini-
bus Iliades passis. Ovid: Met: 13. Troades exclamant:
Obmutuit ille dolore. Idem Trist: 3. Cumque truci Bo-
reæ Mænalis urse videt. Idem in Ep: Pegasus Oenonē
Phrygiæ celeberrima fluvius. Idem Fast: 1. Credulus im-

merita Phasida fovit ope. Luc: lib: 5. *Limine terrifico metuens consistere Phebas.*

Patronymica masculina quò pacto formentur.

P R Æ C E P T U M I.

Nomina, A finita, assumunt des syllabam, ut: Iliades. As terminata assumunt de Syllabam ante S. ut: Æneas, Æneades, Pheretias, Pheretiades. Ovid. Met: 7. *Cumque Pheretiada, & Hyantbeo Iolio.*

E X C E P T I O.

A finita aliquando ipsum A mutant in I, ut: Philyra, Philyrides. As terminata interdum I ante A assumunt, ut: Amyntas, Amyntiades, Philippus Amyntæ filius. Ovid: in ib. *Aut ut Amyntiadem, &c.* Æneides, Julius Ænex filius, sit à Græco Æneias, sublato A, Æneides, Ænciades. Æneid: 9. *Sit satis Æneida telis impune Numanum oppetuisse tuis.*

P R Æ C E P T U M II.

Es finita, mutant Es in Ades, ut: Hippotes, Hippotades. Æolus Hippotæ filius. Ovid: Met: 4. *Clauserat Hippotades æterno carcere ventos.*

E X C E P T I O

Hæc sæpè I ante A admittunt, ut: Anchises, Anchiades, Laertes, Laertiades. Æneid: 18. *Æneas Anchisiades, & fidus Achates.* Ovid: Met: 1. *Saxa moves gemitu, Laertiademque precaris.*

P R Æ C E P T U M III.

Nomina secundæ declinationis Us finita, in genitivo assumunt Des syllabam, penultima brevi; ut: Æacus, Æaci, Æacides; Sic Priamides, Æolides, Tantalides à Priamo, Æolo, Tantalò. Æneid: 6. *Miserum Æolidem, quo non præstantior alter.* Ovid: Met. 13. *Priamidemque Hele num rapta cum Pallade captum.* Ovid: in ib. *Tantalides Tu sis, tu Tereique puer.*

E X C E P T I O I.

Nonnulla penultimam habent longam, ut: Belides, Lycurgides, Amphiarides. Virg: Æn. 2. *Belida nomen Palamedis.* Ovid: in ib: *Quinque Licurgidem acclavit*

*ravit ab arbore natum. Ovid: Fast: 2. Amphiaraldæ
Neupatio Acheloo.*

E X C E P T I O II.

Quæ à nominibus secundæ declinationis fiunt, interdum etiam ante desyllabam A literam recipiunt, maxime, quæ in Tus exeunt: Battus, Battiades; Æsopus, Æsopiades; Menœtius, Menœtiades; Thestius, Thestiades; Nauplius, Naupliades; hæc I in us, posterius I genitivi mutant in A, Thestii Thestiades Ovid: in ib. *Nunc quo Battiades inimicum de-vovet Ibin.* Idem Met: 7. *Huic Æsopiades petis irrita dixit Gurgi.* Idem in Ep. *Sive Menetiaden falsis cecidisse sub armis.* Idem Met: 8. *Pæsiadæ clamant.* Met: 13. *Sed nequæ Naupliades facinus defendere tantum.*

Japetionides ab Japeto, pro Japetides, longius à forma recessit. Ovid: Met: 4. *Japetionides Atlas fuit*

P R Æ C E P T U M IV.

Genitivus nominum in Eus assumit Des syllabam penultimâ longâ; E enim & I vocales in I longum, vel E diphtongam contrahuntur more Græcorum, ut à multis scribuntur; ut: Atreus, Atræi, Atrides seu Atræides; Sic Pelides, Alcides, Thestides, Tydides, & sexcenta alia. Ovid: Met: 13. *Convocat Atrides socios terrore paventes.* Æneid: 10. *Tu precor Alcideæ cæptis ingentibus adsis.* Ovid: in Ep. *Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris.*

A P P E N D I X.

Hæc rariùs A ante desyllabam habent. Æneid: 2. *Panthus Otrides arcis, Phæbique Sacerdos.*

P R Æ C E P T U M V:

Si nomina sint tertiz declinationis, patronymicâ fiunt à dativo, addita Des syllaba, ut: Agenor, Agenoris; Agenori, Agenorides, Cadmus filius Agenoris; Thestorides, Calchas filius Thestoris; Actorides, Patroclus nepos Actoris; Ælionides Ialón filius Ælionis: Ovid Met: 3. *Donec Agenorides coniectum in guttura ferrum.* Idem Met: 12. *At veri providus augur.*

Thestorides vincemus ait.

Met;

Met. 15. *Reppulit Aëtorides sub imaginè tutus Achillis.*
 Val: Flac: 6. *Advolat Æsonides, mortemquè cadentis*
acerbat.

E X C E P T I O.

1. Nomina As finita, quorum genitivus exit in Antis, A literam ante Des syllabam petunt, ut: Abas, Abantis, Abanti, Abantiades; sic Atlantiades, Pœantiades, Athamantiades, Dryantiades, & alia id genus. Ovid: Met: 5. *Victor Abantiades patrios cum conjuge muros.* Idem 8. *Venit Atlantiades positus caducifer alis.*

2. Eodem ferè modo formantur, quæ à nominibus in On fiunt, ut: Telamon, Telamonis, Telamoni, Telamoniades, Amphitrioniades, Laomedontiades.

3. A Scipione tamen non Scipioniades, sed Scipiadès, immituto verbo. nascitur. Ovid: Met: 13. *Nec Telamoniades etiam nunc hiscere quicquam Audet.* Æneid: 8. *Intrerea quum jam stabulis saturata moveret Amphitrioniades armenta.* Idem ibidem. *Laomedontiadem Priamum Salamina petentem.* Virg: Georg: *Hæc magnos Decios, Marios, magnosquè Camillos, Scipiadès duros bello, & te maxime Casar.* Sylv: 1. *Heu ubi sunt Græci, aut ubi sunt nunc fulmina gentis Scipiadæ.*

Patronymica fœmininâ unde formantur:

P R Æ C E P T U M I.

Patronymica fœminina, quæ in As, & is, exeunt, fiunt à masculinis, De syllabâ sublata, ut Thestiadès, Thestias, Thestiadis; Ætiadès, Ætias; Thaumantiadès, Thaumantias; Phætontiadès, Phætonτίας; Æolidès, Æolis, Æolidis; Tantalidès, Tantalis; Oebalidès, Oebalis; Latoidès, Latois; Dardanidès, Dardanis, idis; Cecropidès, Cecropis; Belidès, Belis, idis. Multa præterea sunt, quæ passim apud Pœtas leguntur. Ovid: Met: 7. - - - *rapido fallax Ætias igni, imponit purum laticem.* Idem 11. *Talibûs Æolidis ditlis lachrymisquè movetur.* Idem in Ep: *Ut ego Tantalidæ Tantalidis uxor ero.* Idem Met: 4. *Affiduo repetunt, quas perdant Belidès undas.*

A P P E N D I X I.

Quædam tum in As, tum in Is exeunt: *Æetias, Æetis; Atlantias, & Atlantis.* Val: Flac. 7. - - *Nec me Æetis quin audiat opto.* Idem l. 6. *Ingens Æetida perculit horror.* Virg: Georg: 1. *Ante tibi Æoæ Atlantides abscondantur.* Sylv: 6. *Vixque Atlantiadum rubefecerat ora sororum.*

A P P E N D I X II.

Fœminina, quæ à masculinis fiunt penultimâ longa, in Eis desinunt, soluta diphthongo, atque E brevi in longum verso, ut: *Æneides, Æneis, Æneidos; Achilleides, Achilleis, Achilleidos; Theleides, Theleis, Theleidos.* Ovid. Trist: 2. *Et tamen ille tuæ felix Æneidos Author.* Sta: Theb: 12. *Vive, precor, nec tu divinam Æneida tenta.* Juv. Sat. 1. *Semper ego auditor tantum? nunquamne reponam, vexatus toties rauci Theleide Codri.*

E X C E P T I O

Nonnunquam penultima manet brevis. Ovid: de Ponto 3. *Res quoque tanta fuit quanta subsistere summa Æneidos vati grande fuisset opus:*

P R Æ C E P T U M II.

Ne finita à genitivo fiunt, additâ Ne syllaba, penultima longa, ut: *Neptunus, Neptuni, Neptunine;* sic *Adrastine, Nerine,* à genitivis *Adrasti, Nerei,* E & I mutatis in I longum; quod si primigenium I ante Os habeat, mutabitur Os in One, penultimâ producta, ut: *Acrisios, Acrisione: Danæe Acristi filia.* Cat: Arg: *Tene Tbetis tenuit pulcherrima Nuptunine.*

A P P E N D I X I.

A muliebri Acrisione, finxit Ovidius virile Acrisioniades. *Vertit in hunc barpen madefactam cæde Medusæ Acrisioniades, adigitque in pectus; at ille &c.*

A P P E N D I X

Oratores rarò Patronymicis utuntur. Cicero Offic: 1. *Regalis sane, & digna Lacedarum genere sententia,*

DE METAPLASMO, ET FIGURIS QUIBUSDAM POETARUM.

CAPUT XIV.

Proprium itidem Pœtarum est, verbis, quibus Ora-
tores utuntur, aliquid interdum addere, vel detra-
here; nonnunquam literas alias aliis permutare; a-
liquando è proprio loco in alienum transferre; quod
quidem in soluta oratione vitium fit, Barbarismusquè
nominatur: in carmine tamen non Barbarismus, sed
Metaplasmus appellatur; datur enim venia Pœtis, quia
plerumquè coguntur metro servire Metaplasmus verò
dicitur, quod vetus verborum forma, vel necessitate
metri, vel ornandi Pœmatis causâ, à Pœtis in novam
figuram faciemquè sermonis mutetur.

Syncope de medio tollit, quod Epenthesis addit.

Prothesis apponit caput id. quod Aphæresis aufert.

Apocope demit finem, quem dat Paragoge.

Tmesis verba sercat, Meta- sed- thesis ordine spretò

Transfert literulam, Antithesis salvo ordine mutat.

SCHOLIUM.

Prothesis & Aphæresis.

1. Litera vel syllaba principio dictionis addita,
vocatur Prothesis, ut: gnatus pro natus. Ter: Andr:
Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum cognosces.

2. Litera, vel syllaba principio dictionis subtracta,
Aphæresis appellatur, ut: Ruò, pro eruo, temno. pro
contemno, peto, pro expeto. Æneid: 12. *Dabit ille ru-
inas, arboribus stragemquè satis, ruet omnia latè.*

Epenthesis & syncope.

1. Epenthesis est, cum medio dictionis litera, aut
syllaba interjicitur, ut Relliquias, pro Reliquias, Ma-
vors, pro Mars: Navita, pro Nauta: Induperator, pro
Imperator: Cinctus, pro Cinctus. Æneid: 3. *Tro-
as Relliquias Danaum atquè immitis Achillei.* Æneid: 8.
*Fecerat & viridi fœtam Mævortis in antro procubuisse
lapam.*

lupam. Ovid: *Fasts: Quid tibi cum gladio? dubiam rege Navita puppim.*

2. Syncope literam vel syllabam è medio dictionis subtrahit. ut *Gubernaclo*, pro *Gubernaculo*, *Periclis*, pro *Periculis*; *vixet*, pro *vixisset*; *Extinxem*, pro *Extinxissem*; *Divum*, pro *Divorum*. *Æneid: 5. Cumque gubernaculo liquidas projecit in undas. Æneid: 8. - - hic me pater optime fessum deseris? heu tantis ne quidquam erepte periclis! Æneid: 1. Vixet cui vitam Deus, aut sua dextra dedisset. Æneid: 4. - - natumque patremque cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem.*

Paragoge & Apocope.

1. Paragoge seu Proparalepsis dicitur, cum extremæ syllabæ aliquid adjungitur, ut *Deludier* pro *Deludi*, *admittier*, pro *admitti*. *Ter: And. Ubruis facilius passus sim, quam in hac re me deludier.*

Virg: Æneid 9. - - Tum Nisus, & una Euryalus confestim alacres admittier orant.

2. Apocope fini dictionis aliquid detrahit, ut: *Tuguri*, pro *tugurii*, *oti* pro *otii*. *Virg Ecl: 1. Pauperis, & tugurii congestum cessite culmen. Idem Georg: 4. Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope studiis florentem ignobilis oti.*

Tmesis.

Tmesis dictionem dividit, aliâ interposita, ut: *Inque Ligatus*, pro *Illigatusque*; *qui te Cunque*, pro *quicumque te*; *Inque salutatatus*, pro *insalutatatusque*; *hac Trojana tenus septem subjecta trioni*, pro *hactenus subjecta Trojana Septemtrioni*. *Æn: 10. Ille pedem referens, & inutilis inque ligatus. Æn: 9. Inque salutatatum linquo. Idem Qui te cunque manent illo certamine casus.*

Antithesis & Metathesis.

1. Antithesis est literæ commutatio, ut: *Olli*, pro *illi*.

2. Metathesis est literarum ordo immutatus, ut. *Thymbre* pro *Thymber*. *Æneid 20. Nam tibi Thymbre caput Evandrius abstulit ensis.*

Nisi quis putet nominandi casu tum *Thymber*, tum *Thymbrus* dici, ut *Evander*, *Evandrus*.

A P P E N D I X.

Synalœphe, *Episinalœphe*, *Dizæsis*, *Eclipsis*, *Systole*, *Diastole*, sunt etiam *Metaplasmi* species, de quibus supra egimus.

DE PROSODIA, SIVE ACCENTU CAPUT XV.

GRÆCI tonos, vel prosodias; Latini tonos, seu tenores; Grammatici vulgò accentus; Cicero voces appellat.

2. Accentus rector est ac moderator pronuntiationis; eo enim vel attollitur vel dejicitur vox: vel partim attollitur, partim dejicitur. Quocirca ipsum non immeritò quidam vocis animam appellârunt.

Accentus Tres.

1. Tres sunt tenores: *Acutus*, *Gravis*, *Circumflexus*. Acuto attollitur syllaba, gravi deprimitur, ut: *Pòpulus*, ante penultima acuitur; penultima verò & ultima deprimuntur, gradatimquè descendunt.

2. Acuti nota è sinistra in dexteram oblique ascendit, ut: *Puèllus*; Gravi à summo in dexteram oblique descendit, ut: *Plus*; Accentu circumflexo partim attollitur, partim dejicitur syllaba ut: *Românus*; cujus nota ex acuto, & gravi constat. Sonus hodie incertus est; siquidem latinæ linguæ hospites veterisque pronuntiationis ignari, eòdem penitus sono tum acutas, tum flexas voces effertimus.

2. Acutus in penultima vel ante penultima locum habet; Circumflexus in penultima tantùm Gravis, ubi uterquè abest; nulla autem vox est sinè acuto accentu aut circumflexo; verùm simul cum usu latinæ sermonis etiam antiquam pronuntiationem amissimus.

4. Atquè olim quidem monosyllaba natura longa, aut positione simul, & natura, inflectebantur, ut: *Mòs*, *ròs*, *lûs*; in dissyllabis & polysyllabis penultima inflecteba-

tur,

tur, si esset natura longa, aut positione simul & natura, modò esset brevis ultima, ut: Rôma, æstus Românus, æstâsis. Alioquin acuebatur, Ut: æstas, arma furor, verbum,

De Dissyllabis.

PRÆCEPTUM I.

In dissyllabis, (nam in monosyllabis accentus hodie non agnoscitur) prior acuitur: si vè longa sit, si vè brevis, ut: Rôma, môror, arma, virùm.

A P P E N D I X.

1. Nullius vocis latinæ ultima syllaba (Auctore Quint. l. 1, cap: 5. & lib: 12. c. 10.) aut acuitur, aut circumflectitur; quare palàm, imò, unâ, aliàs porrò, sanè, certè, & cætera id genus adverbia, prima acutà sunt pronuntianda: nam suscipimus, quod nonnulli Grammatici tradunt, discriminis causâ postremam harum vocum syllabam esse in pronuntiando acuendam: Serpentes longiùs quàm volemus. Idem enim erit faciendum in verò, serò, crebrò, modò, & aliis innumerabilibus, quæ nomina, & adverbia, vel nomina & verba esse possunt. Nec te moveat, quòd ultimæ syllabæ à Typographis gravi accentu notentur; id enim tantùm fit, ut adverbia esse intelligas.

2. Nec illa quidem acuam postremâ syllaba. Illic, isthic, illuc, donec, adhuc, reduc, & horum similia, nequè illa: Exin, dein, proin: etiamsi quidam Grammatici (quòd sint abscissa) acui velint; multò minùs dicam: Quicum, mecum, nobiscum, postremâ acuta, negante Quintiliano ultimam syllabam acui in voce Latina, ut suprâ diximus.

3. Conjunctiones, quæ Encliticæ, seu inclinativæ dicuntur, quæ vè nè à multis ita pronuntiantur, ut accentum in præcedentis vocis postremam syllabam rejiciant, & inclinent more Græcorum: Terrasquè tractusquè armaquè hominesquè, ferrenè. Verùm hoc translativum à Græcis est. Elegantior aliis illa oratio videtur, & latinorum propria, ut hæc conjunctiones nihil accentum immutent, terrasquè tractusquè, &c. Nimirum, ut tanquam duæ dictiones pronuntientur, qua-

rum suum quæquæ accentum habeat; nam quòd versus non tam jucundè sonat, si ita divitum pronunties: Nihil ad rem esse ajunt: cùm ne Homeri quidem versus admodum jucundum habeant, sonum. Utraquæ ratio probabilis est: neutra reprehendenda, prior tamen illa jam videtur usitator, ac certa, in soluta etiam oratione concinnior; ideoquæ amplectenda.

De Polysyllabis.

P R Æ C E P T U M II.

IN polysyllabis penultima si longa est, acuitur, ut. *Mortâlis sollicitudo.* Quod si penultima brevis est, acuitur antepenultima, ut: *Gênitus, sollicitus.*

2. Sæpè evenit, ut metri conditio (ait Quintilianus) mutet accentum, ut: *Pecudes, pîctæquæ volucres.* Nam volucres media acuta dicam; quia et si naturâ brevis, tamen positione longa sit à Pœtâ.

3. Non desunt, qui vocandi casu dici velint penultima acuta, Valeri. Virgili, Mercuri, Ovidi, Ambrosi, & alia hujusmodi, quæ habent penultimam brevem. Sane hunc morem sua ætate videri docet A. Gellius l. 1. cap: 24. & hodie viri docti non pauci retinent. Alii malunt antepenultimam acuere; ut præcipit communis illa regula de polysyllabis, quam pronuntiationem A. Gellio antiquiorem fuisse ipsemet declarat eodem loco, cùm Nigidium ita pronuntiare voluisse commemorat.

4. Fuerunt olim, qui in compositis acui antepenultimam vellent etiam si penultima longa esset: itaque pronuntiarî jubebant ante penultima acutâ, aliquando, si quando, deinde, exinde, duntaxat, deorsum, exadversum, enim verò, quapropter, quinimò, nimirum, quamobrem, & alia eodem modo. In hac sententia fuit Servius ad Annum, Annius & Probus apud A. Gellium l. 7. cap: 7. Nostra quoquæ ætate nonnulli viri docti; quæcirca propter tantorum virorum auctoritatem non videtur hæc pronuntiatio explodenda: cùm præsertim in Græcis quoquæ verbis compositis idem factitari videamus. Alii, quòd hæc ratio Grammaticis illis ex Græcorum similitudine inducta sit potius, quam veterum

Latinorum usu comprobata, malunt communem illam polyfyllabarum regulam sequi, & aliquando, deinde, enimverò dicere penultima acuta, præfertim verò, cum A. Gellius ipse illum pronuntiandi morem improbare videatur: Hæc sententia, quam ferè usus omnium confirmavit, probabilior videtur.

5. Sunt etiam, qui pronuntiari jubeant, calêfac, frigefac, introduc, Arpinas, ultima acuta; ut habeatur ratio abscissionis, quod olim calêface, intròduce, Arpinatis diceretur. Verum id gratis videretur dici, cum nequè probabili ratione, nequè veterum (quod sciam) auctoritate nitatur. Quin potiùs repugnat Quintiliano, qui (ut sæpe jam diximus) negat Latinis vocibus ultimam syllabam acui. Fuit omnino simplex apud veteres Latinos, & (ut Quintilianus verbis utar) rectissima ac brevissima ratio gravium acutarumquè vocum; ineptiz quorundam Grammaticorum eam, & longam, & multiplicem, & variam, & obscuram reddiderunt.

De Græcis vocibus.

P R Æ C E P T U M III. P. M. C.

Verba planè Græca Græcò accentu pronuntiantur: Paralipomenon penultima acuta: Lithostròtos acuta antepenultima. Kyrie eadem acuta Eleison verbum est quatuor syllabarum, cujus non ultima, sed antepenultima acuitur:

2. Sin Latinè inflectantur, ad Latinorum normam dirigenda sunt. Itaque Penelope, Rhodope, Hecate, Antiope, Calliope, Rhetorica, Grammatica & alia ejusmodi, ante penultimam acuunt; quia penultima brevis est. Cæsarea, Laodicea, Thessalonica, Idolium, & alia ejusmodi acuunt penultimam, quia longa est.

A P P E N D I X.

1. Atreus, Theseus, Orpheus, Tereus, Phalereus, & alia ejusmodi, si solvant diphtongum, acuunt ante penultimam, itemquè in cæteris casibus Latinis, Terei, Uliſſei, Orpheo, Phalereo, Atreum, Theseum, &c, Verum accusativus Græcus, Atrea, Terea, & alia ejusmodi videntur nonnullis accentum quoquè Græcum retinere posse penultimâ acuta.

2. Philosophia & Theologia, ideas, Profodia, & si alia hujusmodi, rectè acuant penultimam; retinent enim accentum Græcum, cum ipsa sint Græca: Eadem tamen si Latina sint, rectè quoque acuant antepenultimam. Cæterum consuetudini locorum seruiendum est. Consuetudinem autem vocamus, ut in vita bonorum, sic in sermone eruditorum; ut Quintilianus docet. l. 2. c. 6.

3. Item Alexandria, Antiochia, & cætera hujusmodi si Græco more efferantur, rectè acuant penultimam; si autem Latine pronuntiantur, acuant antepenultimam; Protagoras, Anaxagoras, Gorgias, Archias, Lysias, Academia, Symphonia, Comœdia, Tragœdia, Anastasia, Euphrasia, & alia generis ejusdem, etsi ex Græco more penultimam acuire possent, melius tamen & usitatius videtur acuta antepenultima efferri more Latino, alioquin Græcè Asia dicendum esset.

De Hebræis vocibus.

P R Æ C E P T U M IV.

Ux hebræa omnino sunt, neque Latinitate donata, hebræo tono pronuntiare licet, ut: Amen, Hierusalem, Israël, Jacob, ultimâ acuta, ut pleraque hebræa, pronuntiantur. In his tamen ipsis regionibus videtur consuetudo seruanda. Verum si latine flectantur, latine pronuntianda sunt. Sara, Moses, Elias, Elifeus, & cætera, quæ per casus flectuntur; nam apud Hebræos indeclinabilia sunt.

A P P E N D I X.

1. Abel, Cain, Lamech. Noë Abigail, Baal, Edon, Edom, Ephrata, Ephraim, Gomor, Isboet, Phafe, Siboët, & quæ in Ezer, Sedech, Melech, Ai, exeunt, ut: Eliezer, Melchisedech, Abimelech, Sarai, Synai, Abisai, & alia quædam, penultimâ acuta pronuntiantur apud Hebræos, quocirca is accentus seruari potest à Latinis, cum indeclinatè usurpantur; nam si declinari possent, Abigail, Abigailis, Ephrata, Ephratz, Melchisedech, Melchisedecis: fatius videretur accentu Latino pronuntiarî acuta antepenultima in nominativo. Quin etiam tum hæc, tum cætera, quamvis non declinata, complures viri docti Latino accentu efferre non dubitent.

2. Si quid erit vel in hebraeis vocibus, vel in Græcis, cujus verus accentus propter insolentiam vulgo aures graviter offendat, in vulgi conventu fatiùs videtur (id, quod fecisse se Cicero dicit in Oratore) scientiam sibi servare: quocirca Melchisedech, & Abfalon, antepenultima acutâ dicam potiùs, quàm penultima, ut vera pronuntiatio postulat. At Andreas, Lucia, Maria, penultima acuta accentu Græcò efferam potiùs, quàm Latinò. Cæterum Barabba penultima acuta potiùs Latino more; vel si Barraba duplici r, scribatur & simplici b, ante penultima acuta pronuntiabo libentius, quàm ultimâ acuta more Græcorum; Jesus quoque penultima acuta Latino more potiùs, quàm ultima inflexa more Græcorum, à quibus Iesus dicitur, Cui, Deo videlicet, & salutis nostræ Parenti, hocce qualescunquè labores offerimus ac dicamus.

A D M O N I T I O.

Quæ hic de accentu traduntur, præsertim in appendices relata, non modò sunt ex ipso Emmanuele, sed etiam ex aliis præsertim ex Petro Perpiniano desumpta; si quis plura desiderat, tum hac de re, tum de aliis multis, quæ his tribus libris quasi compendiò continentur, commentarios seu scholia longiora consulat Emmanuelis.

S C H O L I O N,

De Interpunctione.

Quemadmodum interspiratione orationem loquendo distingvimus: ita interpunctione, si vè interductu significamus modos quosdam, quibus eadem oratio scribendo distingvatur. Quare ut interpunctionis discrimina cognoscantur; orationis velut partes cognoscendæ sunt.

2. Circuitus, si vè ambitus (Græcè *Periodos*) est aptè conclusa vocum comprehensio, quæ duabus præcipuè partibus constat, quarum altera Græcè *Protbasis*, Latine propositio: altera *Apodosis*, quasi redditio dicitur.

3. Utraque pars, tum propositio, tum redditio con-

fare potest pluribus membris & incisibus; atque illa quidem Græcè *Cola*, hæc verò *Commata*, nominantur.

4. Inter membrum autem, & incisum illud interest, quod membrum longiusculum est, & aliquid vel affirmat, vel negat: Incisum est brevius, & sæpè nihil affirmat, aut negat.

5. Interductus igitur, vel interpunctio inter *Protbassin* seu propositionem, & *Apodosin*, sive redditionem, erit punctum semicirculo, seu inversæ lineæ impositum sic (;) quæ tamen interpunctio semper videtur adhibenda, quum ita membrum à consequentibus pendet, ut nullò modo possit sententia in illo consistere. Id, quod ipsa etiam voce suspendendum significamus.

6. Inter membra, præsertim si paulo majora sint. bina puncta (:) collocantur. Incisa, & minora quadam membra ferè inversa lineola distinguantur, quam virgulam alii comma (,) vocant. Quin etiam minima incisa, & quæ pronuntiando nulla solent interspiratione distingvi, ea, ne scribendo quidem ulla interpunctione disjungamus, inter periodos denique seu comprehensiones ipsas punctum (.) collocamus.

7. Quæ comprehensiones novam periocham inchoaverunt, ex primam literam habent majusculam; at si erunt in eadem sententia, in qua superiores comprehensiones, nullum erit literarum discrimen. Nominibus propriis tamen exceptis, quæ majusculam semper inchoantur.

8. Est autem periocha certæ cujuspiam rei, vel negotii perfecta complexio, quæ vel per se consistere atque à cæteris disjungi possit.

9. Quodsi periocha argumentum valdè dissimile complectatur, aliquò etiam spatio à superioribus secerni solet.

10. Exempla horum passim suppeditantur à M. Tullio; nos unò contenti sumus ex libro 7. Epistolæ 16. ad Trebat. Ego si foris cœnitarem; Cr. Octavio familiari tuo non defuissem: Cui tamen dixi, quum me aliquoties invitaret: Oro te, quis tu es? Sed, mehercule, extra jocum homo bellus est: vellem eum tecum adduxisses: quid agatis: Ecqui in Italiam venturi sitis hac hyeme, fac plenè sciam.

11. Interdum oratio tota ita membratim, cœsimvè contextitur; ut sæpe inter ipsa membra, vel incisa punctum collocetur. Cic: Tir: lib: 16. *Nunc te nihil impedit. Omnia depone. Corpori servi: quantam &c.*

12. Interrogandi nota constat lineâ inflexa, puncto supposito (C) Cicero Papyrio lib: 9. Episto: 13. *Quid simile?*

13. In dolore, & admiratione alii putant lineam illam rectam esse oportere, ut: *o me miserum!* alii punctum satis esse opinantur, ut: *o tempora. o mores.*

14. Parenthesis, (de qua dictum est l. 2. c. 22 de speciebus Hyperbati) quæ Latinè fortasse dici posset interpolatio, sententiam omnino diversam in mediam conjicit comprehensionem, ac duobus majusculis semicirculis se mutuo aspicientibus indicatur (C) Cic: Torquato l. 6. Ep. 2. *Quæ vis insit in his paucis verbis, (plura enim commitenda Epistolæ non erant) si attendes, quod facies: profectio etiam sinè meis literis intelliges, te aliquid habere, quod speres.*

15. At si non omnino sit diversa sententia, satis videtur illam tenuioribus semicirculis, sive lineolis inflexis distingvere. Idemquè servandum, si geminæ tantùm ternæve interferantur voces: quales illæ sunt, ut: *Opinor, nisi fallor,* & harum similes.

16. Neque tamen sumus nescii, alios aliam interpungendi rationem sequi; nos hanc optimam ducimus, neque tamen alias reprehendimus.

DE NEXU CONSONANTIUM, ET RECTA SYLLABARUM DIVISIONE.

CAPUT XVI.

AD rectam scribendi rationem, quæ dicitur Orthographia, conducit plurimum nôsse, quæ consonantes inter se nectantur, aut si inter duas vocales sint, num ad sequentem, an ad præcedentem spectent. De qua re vide Cassiod: lib: de Orthograph: cap: de divisione

syllab.

syllab. Nonnihil Terentian: lib: de syllabis Quint:
lib: 2. c. 17.

Primum præceptum. Consonans eadem nunquam, aut initio, aut in fine dictionis geminatur. Si geminetur in medio, si vè simplex, si vè composita sit vox, altera ad præcedentem, altera ad sequentem spectat vocalem. Sic igitur has voces divide: An-nus, Intel-ligo, Mit-to; Ne-ces sitas, & sexcenta ejusmodi. Cassiod.

Secundum. In voce composita consonantes (si vè una, si vè plures sint) præpositionis componentis vocali præcedenti adscribito, ut: Ab-eo, Ex-oro, Ob-ruo, Dis-puto, Trans-eq, Tra-fero; quia ex præpositionibus *Ab, Ex, Ob, Dis, Trans,* constant: sic in aliis compositis. Idcirco Quintil: l. 1. cap: 7. in voce, *Aru-speræ,* quia pars ejus posterior à spectando est: S. literam tertiæ deberi syllabæ censet, hoc pacto: *Aru-speræ.* In *Ab-ste-mius.* verò, quia ex abstinentia & temo composita vox est, deberi primæ syllabæ, sic *Abs-temius.*

Tertium. In voce simplici consonans unica, inter duas vocales posita, sequenti adnectitur. Cassiod. ut: Fi-lius, E-xemplum U-ti-li-tas. In voce autem composita, ad præcedentem vocalem spectat, ut paulò antè diximus. Idcirco scribe, Ab-undo, Ad oro, Per uro; & in Græcis vocibus Syn-agoga, Syn-odus, Ex-odus, & similibus.

Quartum. Apud peritos Græcæ Latinæque lingvæ receptum est, cum duz, plures vè in media dictione consonantes junguntur, sequenti vocali adscribendas esse, si eadem ipsæ in Græcæ alicujus, aut Latinæ vocis initio junctæ, vel semel reperiantur: Alioqui diffociandas: hoc præceptum in plura dispertiendum est.

Quintum. Litera S nunquam mediæ dictionis syllabam claudit, nisi vel geminetur, vel vox sit composita. Alioquin ipsa unà cum sequente consonante posteriori vocali adhæret. Sic igitur sequentes syllabas divide. A-sbe-stus. A-sci-a, E-sca, Di sco, O-sci-to, Etru-scus, A-sphaltites, I-smarus. I-smenias, A-sper, A-spis, He-sperus, Hi spidus, Hi spanus, Ho-spes, A-strum, Ve-stis, I ste, O-stendo, No-ster, U-stus, I-sthmus; quia vel apud Græcos, vel apud Latinos, literis SB, SC, SPH,

SM, SP, ST. SMH, voces aliquæ initium sumunt, ut *Sennyō extinguo*. Scamnum, scio, Sphæra, Smaragdus, Spinæ, Spatium, Spero, Stadium, Strideo, Struo, Studium, *Sthenos potentia*. Adscribo hic Trochaicos.

Nestoris si forte nomen dividendum incurrerit,

N. & E. versus prioris obtinebunt extimum.

Sigma versus insequentis, atque Tau exordium.

Cassiodor. *Potestas*, inquit, novissima syllaba, *stas*, erit: *Noster stes*. Sic ubi tres sunt, *Plaustrum*, *strum*, *lustrant*, *strant*.

Si forte literas alias S præcedat, disjungendæ sunt; ut: *As-drubal*, *Uris-lavia*, *Is-ræel*; quæ nulliqs Græcæ, aut Latinæ vocis SD, SL, SR, initium sunt. Semper tamen excipe, & hic, & in sequentibus voces compositas, & nisi eadem litera geminetur. Scribe igitur *As-si*, *Es-fe*, *Abi-cedo*, *Abi-condo*, *Abi-temius*, *Abi-tineo*, *Dis-curo*, *Dis-traho*, *Trans-eo*, & in Græcis, *Is-ago*, *Prof-odia*, sic, *Quit-piam*, *Uf-piam*: si cui forte vox hæc posterior composita videatur.

Sextum. Duplices, X, Z, & liquidæ quatuor: L, M, N, R, cum vel ipsæ geminantur, vel cum consonantem aliam media dictione præcedunt, distrahendæ sunt; & antecedentes ad antecedentem, sequentes ad sequentem vocalem trahendæ; ut. *Al-ma*, quia nunquam consonantem ullam initio dictionis antecedunt; nisi M. quæ interdum ante N est, ut: *Mna*. *Mnestheus*, *Mna-sylus*. Has igitur jungito, ut: *O-mni*, *So-mnus*, *Agamæ mnon*, *Clyte-mnestra*, & similes. Certè *Sosipater* lib: 2. c. de syllab: in voce *Amnis*, literas MN, non ad præcedentem A, sed ad sequentem syllabam pertinere docet. Reliquas liquidas ac duplices, cum in media erunt dictione, dispescito, ut: *Al-ma*.

Septimum. Mutæ nec unquam ipsæ geminatæ, neque cum aliis mutis, aut semivocalibus initio dictionis conjunguntur, nisi cum his: BD, BL, BR, CL, CM, CN, CR, CT, DM, DN, DR, FL, Phn, GL, GN, GR, PL, PN, PR, PS, PT, TL, TM, TR, ut videre est in his aliisque vocibus: *Bdelium*. *Blandius*, *Brachium*, *Brevis*: *Clarus*. *Kæctor*, id est, *elaboratus*, *Gneus*, *Kæas*, id est: *Scalpo*, *Greco*, *Greou*, *Greare*, *Ctesiphon*, *Ctesips*

Ctesippus, Dmao, Dmetis, domo, domitus, Dnophos, tenebrae. Draco, Drepanum, Dromus, Flagito, Phœci, vox avium, apud Aristophanem; Frater, Frango, Phitro Corrumpto, Gloria, Glans, Gnarus, Gratia, Placeo, Plaudo, Pneo, Pneuma, Spiro, Spiritus, Pratum, Piallo, Pti-fana, Pterigium, Tlepolemus, Tmolus, Tmesis, Trabs, Trabo.

Si igitur in media voce hz quoque cohærent, sejun-gendæ non sunt. Quarè scribes: A-bdomen, A-bdera, He-bdomas, Hy-bla, E-brius, So brius, A clides; A-cmon, Pyra-cmon, Al-cmena; O cnus, Cygnus, A-cris, O-crea; Di-ctum, Do-ctor, Mul-ctra; Tra-cto; Pro-fe-cto, Cadmus, A-dmetus; Aria-dnes; A-dria; A-draustus; Cathe-dra; Pa-phla-go-nia; Da-phne; A-phra-ctus; A-frica; A-phthonius; A glaias; Æ gle; A-gnus; I-gnis; A-grestis; A-grippa; Hexa-pla; Du-plum, The-ra puzus; A pricus; A-plis Hy-psipyle; Scri-psi, sum-psis; A-ptus; Ade-ptus; Præce-ptum; Prom-ptus; Scri-ptum; Volu-ptas; Sce-ptrum; A-tlas; A-trium; A-tra-mentum & alia ejus generis. Cassiod: ca-pto, inquit, novissima syllaba pto erit.. Cavendam autem, ne nos fallant voces compositæ; non enim scribes: A-bdo; A-bluo; A-brumpo; sed, Ab do, Ab-luo; Ab-rumpo, ali-asquè id genus voces compositas.

Octavum. Quacunque tandem alia ratione vel mu-tæ, vel semivocales in medio coëant, ad diversas vo-cales revocandæ sunt. Quamquam in aliquibus viri docti dissentiunt; scribendum enim censent: Ab-sin-thium, A-gmen; Strig-m, Phle-gma, & similia Græ-ca, & verbalia: O-gm-lapis; Magdalena; cùm tamen juxta præcepta tradita, sejungendæ essent literæ, ac scribendum, Ab-sinthium, &c. quia BS, GM, GD, nullius Græcæ aut Latinæ vocis initiales sunt quibus si quis assentitur, tueri fortasse hac ratione se poterit, quòd *Ap-sinthion*, Græce una litera duplici Ps, scribitur, quæ interdum apud Latinos in BS, migrat; ut: Lips, Chalips. Libs, Calybs, Hinc fieri; ut: BS, literæ, sicut Ps, quæ multas voces inchoant, ad sequentem vocalem trahuntur. Jam verò, G, media, C, tenui; sicut D, media T, tenui affinitate junguntur. Nil

224 *Liber III. Cap: XVI. de Conson: nexu.*
mirum igitur, si ut sonò, sic scripturâ, GM, GD, per
inde neclantur; ac si essent, CM, CT, & alioqui vox
Agmen, Tegmen, Frægmen, literâ C, oriuntur; ut e-
nim: Tegmen, Frægmen sunt à Tectum, Fractum:
sic agmen, ab actu, hoc est, ab agendo, sive im-
pellendo. Sed hæc subtilius persequendi
non est hic locus,

FINIS.

Ad M. D. G. B. V. M. S.

L. O. C. honorem.

OOq; Sanctorum

Venerationem.



XVIII. 1. 400

<http://rcin.org.pl>

400

~~FX~~

1400.VI.1740^a

1400.VI.1740-